

De Ente Supernaturali. Cur tractetur.

1. Ordo resolutionis et compositonis.

a Exemplo ex chimia tradenda:

In laboratorio, per sola experimenta facta, a rebus ordinariis ad atomos, neutrones; tabula periodica per inductionem; mathesis tantum ad finem.

In scholis: initium a principiis mathematicis; formulatur hypothesis de sub-atomis; modi possibles combinationum deducuntur, deinde tabula periodica, deinde methodus analyseos qual et quant, tandem denique ad laboratorium.

b Ordo resolutionis est inductiva, ex sensibilibus vel proxime a nobis cognitis usque ad principia explicativa

Ordo compositionis est deductiva, ex principiis maxime notis quoad se usque ad magis nota quoad nos, ad magis complexa.

2. Tractatus de gratia secundum ordinem resolutionis incipit a SSer, enum- rat varia quae de gratia directe vel indirecte ponuntur, procedit ad synthesis speculativam

Tractatus de gratia secundum ordinem compositionis incipit a synthesis speculativa, ex principiis procedit ad magis particulabia quae in SSer et PP et CC inveniuntur.

3. SPNLE inquit est theorema quoddam speculativum primo inventum videtur circa annum 1230

4. A notione supernaturalitatis incipitur

a quia ita res se habet in foliis

b quia totus ordo quaestionum, imo existentia multarum quaestionum, non intelligitur sine hoc theoremate intellecto.

Natura, naturale.

1. Natura dicitur ex "nascer, nasci, natus"

Unde ex etymo definitur (III 2 12 c): id quod cum origine est consertum.

Hoc sensu gratia sanctificans, immunitas a concupiscentia, immortalitas sunt homini naturalia: pertinent enim ad statum primitivum generis humani.

Hoc sensu non est intelligendum nomen "natura" hoc ink tractatu.
Sensu DG 1026, 1055

2. Varii sensus litterarii, scientifici, philosophici sunt omnes pariter excludendi, propter unum determinatum, claram, distinctum, significativum

a Inq. naturale est id quod habetur, opp: adventitio, acquisito forma naturalis et artificialis
ens naturale, ens morale
virtus naturalis leonis, acquisita hominis

b Inq. nature est principium ordinis et determinationis,
opponitur fortuito, insolito, extraordinario, miraculoso
etiam opponitur accidentalis, contingentis, visibento
appetitus naturalis et elicitus
actus naturalis et actus liber

c Inq. natura nobis nota secundum proportionem nostri intellectus
est natura sensibilis, natura opp. personali, spirituali, divino

d Inq. natura nobis maxime nota est nostra humana fallibilis
et labilis, naturalis dicitur error et peccatum
Humanum est errare
Video meliora proboque, deteriora autem sequor.

3. Ad usum nostro in toto hoc tractatu determinandus est conceptus clarus, distinctus, systematicus, accuratus.

Res maximi momenti: secus nulla fere huius tractatus erit intelligentia.

Res per se facilis.

Natura, naturale

1. Omnis nostra cognitio vel scientifica est vel in via ad scientiam acquirendam. Ad instans omittitur consideratio theologiae.
 - a Cognitio scientifica ad duo reducitur: Quid sit? An sit?
Posita cognitione tou "quid sit", deductione omnia alia sequuntur in linea essentiali
Unde obiectum intellectus est "quod quid est"; vide CGent III, 56
 - b Alia cognitio est in ordine ad hanc scientificam: incipimus a sensibilibus et a factis internis conscientiae; pedetentim procedimus ad horum intelligentiam
 - c Quare ex consideratione solius cognitionis scientificae ad accuratam et definitivam naturae notionem pervenire possumus.
Nam alia cognitio est tantum via ad scientificam.
2. Ex consideratione cognitionis scientificae et quidem omnis possibilis, duo habentur: categoriae et theoria actus et potentiae. Haec duo sunt tota metaphysica: quare metaphysica est etiam meta-scientia; seu id quod supponitur in qualibet scientia, et quidem supponitur ex ipsa natura cognitionis humanae.
3. Categoriae habent duplum aspectum: scdm definitiones praeclaras, classificationem initialem scdm differentias addidentales et extrinsecas; scdm definitiones definitivas, classificat explicationem intrinsecam.
In hoc cognoscimus rationem intrinsecam ipsarum categoriarum; in illo paramus viam ad hanc intelligentiam habendam.
 - a In opere suo "categoriae" Aristoteles logica consideravit, immo grammatica: criterium semper est "elekthhn" seu "id quod dicitur"; determinatio notionis maxime est ex exemplis.
 - b In analysi in metaphysicis videmus categorias esse divisiones definitionum, seu tou quod quid est, seu essentiarum.
Definitio enim aut ponitur simpliciter aut relate ad aliud unum aut relate ad alia plura.
Definitio simpliciter posita pertinet ad essentiam simpliciter talem, ad substantiam
Definitio continens relationem ad habitudinem ad unum aliud pertinet ad essentiam scdm quid, et quidem ad accidentis dictum absolutum: est qualitas si magis formam respicit; quantitas si magis materiam respicit.
Definitio continens habitudinem ad plura alia, non solum ad subiectum sed etiam ad alia extra subiectum, pertinet ad genus relationis -- caeterae sex categoriae sunt species relationum,
adicto aliquo absinto, vel quant. vel qual.

Supernaturale

1. Ponitur problema.

Analysis notionis naturae ita efformata est ut omni rei scibili applicari posse videatur.

Cognitio aut est Quid sit vel An sit.

Applicatio cognitionis est per theoriam actus et potentiae.

Notio centralis est notio substantiae ex qua caetera omnia aliquo modo consequuntur.

Et tamen haec analysis pro magna sua generalitate tamen campum nostrum theologicum non capit.

2. Considereremus unionem hypostaticam: hic homo JC est Deus.

Est ali uod ens a parte rei quo verificatur haec propositio; non dicimus meram cogitationem sed etiam aliquam realitatem obiectivam et contingentem (incarnatio/necessaria non fuit).

Haec realitas habet suam intrinsecam intelligibilitatem, nam quocumque esse potest, intelligi potest.

Ergo habet suum "quod quid est"; habet naturam aliquam in linea sive accidental sive substantiali.

Cuiusnam ergo naturae est?

Non divinae: secus Deus necessario es set homo; uidquid enim ad naturam divinam pertinet, necessario est necessitate absoluta.

Neque humanae naturae vel alterius naturae creabilis: cui enim naturae vel constitui potest, vel consequi potest sua propria virtute, vel exigere potest to "esse Deum"

3. Proinde unio hypostatica quamvis casus maxime evidens non est solus casus in quo haec difficultas apparet.

Idem valet de visione beatifica, qua beati Deum vident non per speciem aliquam creatam vel creabilem sed per coniunctionem cum ipso Deo

. Idem valet de multis aliis quae proportionantur ipsi huic visioni

Lumen gloriae est proxima dispositio; amor et gaudium sunt essentialia consectaria; corpus resurrectum et beatitudo accidentalis sunt consectaria conditionata ipsius visionis.

Proinde status gratiae sanctificantis proportionantur huic visioni: ex gratia fluunt virtutes et dona SpS; ex his formis et modalitatibus habentur actus eis proportionati.

Proinde ad gratiam communicandam multa alia proportionantur dispositives vel instrumentaliter: miracula, prophetiae, revelatio evangelica, ecclesia, sacramenta, praedicationes, etc.

Cuinam naturae haec omnia proportionantur: non divinae, nam Deus neque eis constituitur neque eas consequitur neque eis indiget vel eas exigit. Neque ulli creature proportionantur: sunt enim gratuita, gratis data per liberalitatem et misericordiam divinam.

4. Unde ponitur nova notio: supernaturale

Supernaturale est id quod excedit proportionem naturae; quod pertinet ad naturam neque constitutive neque consecutive neque exigitive.

Supernaturale relativum vel snle scdm quid est quod excedit proportionem huius vel illius naturae: quod naturale est homini et ei specificum, idem cani vel equo est supernaturale scdm quid

4. Unde ponitur nova notio: supernaturale.

Spnle est quod excedit proportionem naturae

Dividitur in spnle simpliciter et spnle scdm quid (absol et relat) simpliciter: id cui non fit additio diminuens propriam rationem scdm quid: id cui fit additio diminuens propriam rationem

SS est id quod excedit proportionem cuiuslibet substantiae finitae (ideoque nulli substantiae finitae qua tale est naturale)

SSq est id quod excedit proportionem huius vel illius substantiae finitae (ita id quod est homini naturale et specificum, est cani vel equo supernaturale SSq)

5. Haec definitio est negativa tantum: dicit id quod SS non est; non dicit quid sit.

Sed sicut quilibet ordo naturalis ~~sunt~~ habet suam normam-regulam-mensuram scdm quam determinatur quid isti ordini sit naturale et quid non,

pariter ordo supernaturalis habet suam propriam normam-regulam-mensuram scdm quam determinatur quid isti ordini ~~sunt~~ proportionatur et quid non.

Assertio ordinis supernaturalis est assertio alicuius gradus ontologici perfectionis ultra omnes ordines per substantias finitas constitutos et mensuratos. Ordo supernaturalis se habet ad omnes ordines substantiis finitis determinatos, sicut quilibet ordo superior ad omnes suos inferiores.

6. Antequam abstractam huius ordinis considerationem aggrediamur, operae pretium erit rem in concreto considerare. In concreto enim ordo supernaturalis est ordo quidam a Xto domino nostro constitutus.

Idem enim est et Deus et homo; sed haec coniunctio, haec unio hypostatica (in ratione personae) habet consecaria primo in ipso Xto deinde in nobis

Xto homini debetur visio beatifica: secus iste homo non cognosceret se ipsum ~~uti-in-se-est~~ prout Deus est

Xto homini debetur amicitia cum Deo seu caritas: secus iste homo physice cum Deo coniunctus moraliter a Deo esset divisus

Iamvero haec vita Xto homini propria, nobis communicatur: his in terris dat nobis amare Deum ut amicus amat amicum; in caelo dabit nobis videre Deum intuitive sicut Deus in se est. Ipse est ~~per~~ vitis; nos sumus palmites; nos eius vita vivimus, scdm illud iohannis "veni ut vitam habeant et abundantius habeant" et illud Pauli "vivo ego iam non eog vivit vero in me Xitus."

Praeterea, in ordine ad hanc communicationem multa alia nobis donantur, tum interne ut disponamus ad hanc vitam, tum externe ut ad eam ducimur et in ea versemur: ita fides, spes, et caeterae virtutes infusae earumque actus; ita ecclesia, sacramenta, praedicatio, miracula.

Constituitur ergo Xitus mysticus quo vita Xto propria communicatur membris Xti et membra vita Xti vivunt.

Sed quod Xto est proprium et debitum, quia hic homo, IC, per identitatem personae etiam Deus est, nulli alteri est proprium vel debitum, quia nullus aliis etiam Deus est. In aliis omnibus quibus haec vita inest, non est debitum sed gratuitum, non est proprium sed donatum, non est naturale sed supernaturale.

Et quidem SS - non enim debetur substantiae finitae Xti qua tali sed qua Deo unitae.

ASSERTUM I.

Existit creata communicatio divinae naturae.

Scopus: 1) colliguntur veritates ex tractatibus De Verbo Incarnato, De Deo Fine Ultimo, De Virtutibus Infusis, De Gratia Habituali; 2) quas collectas in unum ordinem redigimus sub ratione communicationis divinae naturae.

materialiter

Quare assertum nihil continet/quod alibi non tractatur et probatur; sed formaliter addit ordinationem materiae aliunde derivatae.

Termini:

natura: substantia prout est principium operationum.

substantia: id cui competit esse per se
 : simpliciter dicta.
substantia prima: forma cum materia singulari
substantia secunda: forma cum materia communi

operatio: actus secundas
 puta, moveri, lucere, sentire, intelligere, velle.

principium: id quod est primum in aliquo ordine.

primum quoad nos est operatio: ex operationibus enim cognitis procedimus ad cognitionem substantiae seu naturae.
primum quoad se est substantia: ex substantia enim profluunt potentiae accidentales in quibus operationes recipiuntur.

unde colliges quid sit proportio naturae et quam sit necessaria.
proportio: paritas habitudinum, v.g. sicut A ad B, ita C ad D.
proportio naturae: paritas habitudinem inter substantiam, esse, potentias accidentales, et operationes.

Quare:

Potentiae accidentales profluunt ex substantia.

Operari sequitur esse.

Esse limitatur per substantiam in qua recipitur.

Operari limitatur per potentiam in qua recipitur.

Ideoque, sublata proportione naturae, inepte procederemus ex cognitis operationibus in cognitionem substantiae, et ipsa natura esset obiective inintelligibilis.

Natura, Naturale.

1. Natura est ipsa rei substantia prout est principium operationum.

substantia: essentia simpliciter

in angelis, forma substantialis

in materialibus, forma substantialis et

materia communis, substantia 2a

materia singularis, substantia la-

operatio: actus secundus accidentalis

principium: primum in aliquo ordine

in ordine nostro cognoscendi, prima sunt accidentia ex quibus

ad substantiam cognoscendam pervenimus

sed primum quoad se est ipsa substantia, ex qua fluuntur

potentiae accidentales

2. Aliiquid pertinet ad naturam tripliciter:

constitutive: ut natura sit

stricte, ipsa substantia singularis seu prima

late, esse consequens substantiam primam

potentiae accidentales

actus primi harum potentiarum

ita in inferioribus, potentiae sensitivae sunt

actus primi organorum

non autem in homine, scientia, virtus

consecutive: ut natura bene sit

ut natura ad finem suum progrediatur eumque attingat

actus secundi et etiam (interdum) actus primi accidentales

exigitive: causae et conditiones extrinsecæ cum tou esse tum tou
bene esse naturæ

Intrinsicæ sunt quibus natura constituitur et quae consequitur;
extrinsicæ sunt quae exigit, scil. ab alio.

3. Naturale est quodcumque pertinet ad naturam sive constitutive,
sive consecutive, sive exigitive.

Constitutive, materia forma subst. esse, pot acc, act kixet primi
Consecutive, finis, quae pertinent ad actionem finis et in

ipsa natura recipiuntur.

Exigitive, causae et conditiones extrinsecæ tou esse et bene esse,
ita ipse concursus divinus dicitur naturalis.

4. Proportio naturæ:

Ipsa rei substantia prout est principium determinandi quaenam
pertineant ad naturam sive constitutive sive exigitive sive consecutive

5. Status naturæ: ordo concretus in quo naturæ constitutæ
versantur, mutuo exigentias sibi explent, et fines proprios
consequuntur.

Notiones praeviae.

1. Analysis fundamentalis.

- a) Actus finitus producitur a potentia activa et recipitur in potentia passiva.

Effectus est actus finitus qua productus et receptus.

Potentia est ordo ad actum; potentia activa est ordo ad actum producendum; potentia passiva est ordo ad actum recipiendum.

Passio est actus huius ut in hoc, scil. est effectus secundum habitudinem ad recipiens seu patiens, seu actus potentiae passivae.

Actio est actus huius ut ab hoc, scil. est effectus secundum habitudinem ad producens vel agens, seu actus potentiae activae.

Quare, "actio est in passo"; "actio et passio sunt eadem re sed ratione differunt;" "unus et idem est actus et agentis et patientis, vel et producentis et recipientis, vel et potentiae activae et potentiae passivae."

- b) Actus ~~segu~~ finitus dividitur in primum et secundum.

Actus secundus non definitur sed indigitatur; v.g., esse, moveri, calefieri, lucere, sentire, intelligere, assentiri, velle.

Actus secundus subiecto inest vel per se vel per accidens; ita per se grave movetur deorsum, per accidens sursum.

Actus primus est principium quo actus secundus per se inest subiectum; est vel forma vel ad modum formae ut habitus.

Ita esse per se consequitur formam substantialem; intelligere per se consequitur habitum scientiae; opus bonum per se consequitur habitum virtutis; videre per se consequitur ~~accidens~~ oculum visu informatum.

Quod per se est, non necessario est: esse consequens formam est contingens; sciens non semper considerat; virtuosus interdum peccat; habens oculos dormit.

Actus primus non est causa efficiens actus secundi: hic est ulterior et maior perfectio; praeterea, si actus primus esset causa efficiens actus secundi, hic statim et continuo existeret.

4. Prout categoriae sunt ex divisione definitionum, sunt entia principia logica

Prout dicunt definitiones ipsas, quod quid est, sunt etiam principia logica ex quibus caetera deducuntur -- principium enim scientiae est quod quid est.

Sed prout in ipsis rebus verificantur sunt principia ontologica, ipsa rerum intelligibilis obiectiva et principalis

Attamen applicatio categoriarum ad ipsas res involvit transitum ab abstracto puro ad concretum; qui transitus exigit aliud elementum systematicum, nempe theoriam actus et potentiae.

5. Hae notiones habentur ex inductione exemplorum, actu intelligentiae, et denique ipsa conceptualizatione.

In genere actus intelligentiae est apprehensio alicuius possibilitatis: actus est id quod est possibile; potentia est ipsa obiectiva possilitas

Potentia est duplex: essentialis et accidentalis

Nam alia sunt possibilia ita ut per se occurrant, ita per se homo videt id quod ante oculos versatur, scientificus intelligit problema in sua scientia, virtuosus ponit actus virtuosos. His in casibus per accidens est si non habetur operationis, actus secundus, visio, intelligentia, bonus actus. Unde potentia relate ad ea quae per se eveniunt dicitur accidentalis: iam habetur id quod est essentiale ad talam operationem (visionem, intelligentiam scientiam, virtutem).

Alia vero sunt possibilia non ita ut per se occurrant sed ita ut acquiri potest principium tunc per se operationis: puer non possidet scientiam sed potest acquirere; novitius non possidet virtutem sed potest acquirere; materia inorganica non habet formam vitae sed potest a vivente insuscipi et tunc legibus vitae per se subesse. Haec potentia est essentialis: est potentia ad id quod est essentiale relate ad per se occurrentiam operationum.

Sicut potentia est duplex: ita etiam est actus. Actus primus est actuat potentiam essentialem, est forma, et relate ad ipsam operationem dicitur potentia accidentalis. Actus secundus est qui consequitur ipsam formam.

Praeterea, haec divisio valet in duplo ordine, accidentalis et substantiali

oculus: potentia visiva; ipsum videre

materia prima: forma substantialis: esse

Accidens notus, privations, negationes, sedem quod essentia fact in via, auctoritate postulatur

Praeterea, notandum est ambiguo dici potentia passiva vel activa.

Potentia passiva est potentia ad passionem, activa ad actionem.

Sed actio potest dicere vel ipsum actum secundum vel exercitium causalitatis efficientis: ita "videre" est actio quatenus est actus secundus, sed "videre" non est actio quatenus non est exercere causalitatem efficientem. Oculus non causat effidienter visionem, sed est in potentia essentiali. Ipsi visio non causat effidienter visionem, sed recipit, perficitur per actum suum secundum.

Discrimen: si agens/est idem quod patiens, actio est actus secundus; si agens/non potest esse idem quod patiens, actio est exercitium causalitatis efficientis.

Potentia, actus, obiectum.

1. Potentia de se est incognoscibilis; cognoscitur vero per actum suum; nam unumquodque cognoscitur secundum quod est actu.
2. Potentia potest se habere (proportionabi) vel unico cuido actui vel multis inter se diversis.
Si unico actui proportionatur, per hunc actum cognoscitur.
Si vero multis et diversis proportionatur, oritur problema: nam non sufficit dicere potentiam cognosci per actum suum, cum actus sui possibles sunt multi et diversi; per quemnam actum suum cognoscitur.
Puta, visus videt hominem et librum et aulam et fenestras et tabulam nigram; sunt quinque actus diversi; unus non sufficit ad determinandam naturam visus, ne ue quinque, neque sesenta. Quare de actibus prodedendum est ulterius ad obiecta.
3. Obiectum (*antikeimeνον*) est duplex: I 77 3 c.
relate ad potentiam passivam (receptivam effectus) est actus quicunque proportionatus ad potentiam actuandam
relate ad potentiam activam (productivam effectus) est actus quicunque qui-ab-hac-potentia-activa-predagi-potest cui producendo potentia activa proportionatur.
Ita oculus non recipit a sono; et sonans non agit in oculos. Similiter aures non recipiunt a colorato, ne ue coloratum agit in aures.
4. Formalis ratio obiecti cuiuslibet potentiae est ratio in qua convenient omnia obiecta possibilia eiusdem potentiae.
Ita omnia visibilia convenient in ratione coloris, omnia directe/ audibilia in ratione soni, omnia/intelligibilia in ratione entis, quidditatis, omnia reflexe intelligibilia in ratione entis, omnia appetibilia in ratione boni.
Unde potentia quae proportionatur multis actibus definitur et cognoscitur per formalem rationem sui obiecti.
Eiusmodi enim ratio formalis determinat omnes actus ad quos ex potentia proportionatur et ~~idee-istam-proprietatem-adaequate~~ cum ipsa potentia non sit aliud quam proportio uaedam ad actum, haec determinatio actuum etiam est determinatio ipsius potentiae.
5. Actus sunt per se cognoscibiles; attamen aliquis ordo observandus est in eorum distinctione, ut proprietas per magis intrinseca distinguantur et non improprie et per magis extrinseca. Tam vero actui extrinseca sunt circumstantiae; etiam extrinsecus est finis cuius gratia fit actus, minus tamen quam circumstantiae, nam finis dicit ordinacionem quandam ipsi actui intrinsicam; at id quod actui est intrinsecum est id quod habet
5. Quae uita sunt de ratione formalis relate ad potentiae, prius valent de ratione formali obiecti relate ad habentem

5. Actus per se sunt cognoscibiles; attamen non ita sunt cognoscibiles ut alter cum altero in nulla ratione conveniat. Sunt enim omnes inter se plus minus similes, et per tales similitudines classificantur, describuntur, definiuntur.

Descriptio actus perfici potest determinatis obiecto, finis, circumstantiis, fine. V.g. aspicio hunc hominem hoc tempore, hac in aula, ut eius dillentiam in studiis aestimare possim.

Qua in descriptione alia sunt actui simpliciter extrinseca, ut circumstantiae, alia sunt ita extrinseca ut tamen ordinationem intrinsecam dicant, ut finis, alia denique ad ipsam actus substantiam perveniunt, ut obiectum.

Obiectum enim secundum suam rationem formalem determinat ~~et~~ potentiam quae actuatur, determinat quid in obiecto per actum directe et attingitur, determinat quamnam perfectionem ipse actus in se habet et ~~et~~ sive ab obiecto recipit vel in obiectum influit.

Substantia ergo actus per obiectum formalem determinatur; ordinatio huius substantiae per finem; alia adiuncta accidentalia per circumstantias.

NB Vox substantiae usurpatur ibi sicut apud STh. Stat pro "ousia" Aristotelica, i.e. essentia quae vel substantialis vel accidentalis esse potest.

Obiectum actus est id quod actus attingitur

Obiectum materiale actus est obiectum in se spectatum

Obiectum formale actus est obiectum secundum rationem sub qua attingitur primo et per se

Haec ratio coincidit cum ratione formalis obiecti relate ad potentiam vel habitum

Nam ratio formalis obiecti relate ad potentiam vel habitum est ratio secundum quam potentia actuari-potest actuare vel actuari potest, est ratio necessario in actu inventa quatenus actus est huius potentiae, est ratio secundum quam obiectum agere potest in potentiam passivam vel recipere a potentia activa, est ratio secundum quam actus attingit obiectum primo et per se.

per se

Michaelis Baii doctrina. DB 1001-80. Citantur 1-80.

X. M. Le Bachelet, art. Baius, DTC II 38-111
Lange, fere scdm Le Bachelet, De Gratia, pp. 41 ff., §§71 ff.

1. DB 21-24, 55, 78, 79. Status iustitiae actualis.

Dona Adami erant debita naturae innocentii. SpS est vera
vita animae; visio-beatifica-est-finis-vitae finis vitae est
intima unione cum Deo; natura non potest carere donis sine
quibus misera est et ad finem pervenire non potest.

Non negat Baius haec dona non resultare ex naturae principiis,
non conferri speciali Dei operatione; neque affirmat absolutam
impossibilitatem creandi hominem uti nunc nascitur.

Sed affirmat summam violentiam et inconvenientiam status
actualis; affirmat Deum-non-agere-pura-liberalitate-sed-scdm
dona Adamo collata non ex liberalitate Dei sed scdm debitum
naturae dxxi esse infusa; affirmat ea esse naturalia et non
gratuita; reicit distinctionem inter naturale et supernaturale
ut vanam et otiosam, sicut et Pelagianorum inter regnum caelorum
et vitam aeternam (infantes non baptizati ad regnum non ad vitam
pervenire).

2. DB 1-20. De meritis.status primitivi.

Vita aeterna debetur impletioni legis; et lex impletur per
dona naturaliter debita.

Vita aeterna non debetur bonis operibus inquantum gratia
informatis.

Quare vita aeterna est merces boni operis; et opus bonum
est ex auxiliis naturae debitibus; quare neque vita aeterna neque
auxilia sunt proprie gratia relate ad statum primitivum.

3. DB 46-55, 74-76. Status naturae lapsae.

Dominatur prava concupiscentia, et haec dominatio habet
rationem veri peccati.

4. DB 39-41, 65-68. Notio libertatis.

In statu lapso libertas est electionis inter diversa mada.
Libertas eligendi inter bonum et malum supponit gratiam(nostro sensu).

5. DB 25-30, 34-38,(61-65). Opera infidelium.

Quare falso scholastici dicunt aliqua opera infidelium posse/omnibus
esse bona. Ex dominante cupiditate prava homo lapsus necessario peccat in

6. Status naturae reparatae.

Qui post lapsum Adami bene operantur, hoc faciunt per gratiam;
unde per prius eorum merita sunt gratuita Dei dona.

Ratio meriti tamen non est ex gratia vel ex meritis Xti sed
ex ipsa legis impletione DB 8, 9, 11-15, 17.

Plena libertatis integritas non restitutib, neque omnibus
conceditur gratia credendi, castitatem servandi DB 54

Involuntarii motus concupiscentiae etiam in iustis sunt
transgressiones legis sed non imputantur in peccatum cum non
fiant ex dominante cupiditate DB 51

Iustitia est identica cum caritate vel saltem inseparabilis
ab ea; agitur de caritate actuali; Baius non determinat utrum
etiam existit donum habituale caritatis. Aut caritas aut cupiditas
DB 31-38

Iustitia non necessario cohaeret cum remissione peccatorum DB 42-44

56 - 61
61 - 73

Cornelii Iansenii
J. Carreyre, DTC VIII 476-529
H. Lange, pp 45 ff., §79 ff.

Iansenius, episcopus Ypresensis, opus "Augustinus" Lovanii 1640 edidit quod S Sedes 31 Maii 1653 quoad 5 propositiones damnavit ut haereticum DB 1092-96

Non utitur theoremate de spntli; reicit tamquam figmentum scholasticorum statum naturae purae.

Libertatem ponit non in "posse facere vel non facere" sed in immunitate a coactione. Libertas est comparsibilis cum necessitatibus interna. / externa

Ante peccatum Adae gratia erat "adiutorium sine quo non datur bonus actus": scil. hoc auxilio collato, Adam potuit bene vel male agere.

Post peccatum Adae gratia est "adiutorium quo" datur bonus actus: si maior est haec delectatio gratiae, necessario homo facit actum bonum; sed e contra maior est cupiditas naturae lapsae quam delectatio gratiae, necessario homo peccat

Logice sequitur, cum multi damnentur cum ex christianis tum ex infidelibus, ideo iustasp^{peccare-quod-alii-} qui peccant peccare quod aliter facere non possunt, et ideo infideles ad fidem non converti qui gratiam non habent, imo quia Christus pro eis mortuus non est.

1092 praecepta Dei esse impossibilia iustis, et gratiam deesse qua possibilia fiant

93 in statu naturae lapsae numquam resistitur interiori gratiae

94 non requiritur libertas a necessitate, sufficit libertas a coactione ad merendum et ad demerendum in statu nat lapsae interioris praevenientis

95 semipelagiani admittebant necessitatem gratiae/ad singulos actus etiam ad initium fidei

in hoc erant haeretici quod nullent eam gratiam talem esse cui posset humana voluntas resistere et obtemperare

96 semipelagianum est dicere Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse aut sanguinem fuisse

Paschasii Quesnel

Paulum modificatos errores Baii et Jansenii renovavit eesque
ad scientiam moralem et disciplinam ecclesiasticam applicavit

DB 1351-94 De gratia

1395-1421 De Rirt theol et timore poenae

1422-51 De ecclesia

Synodus pistoriensis

Scipio Riddi, episcopus Pistoriensis (Pistoia in Toscana) in
synodo diocesana, anno 1786 habita, renovavit errores Baii, Iansenii,
Quesnelli

Demanatur anno 1794 a Pio VI, DB 1501-99

De Gratia, DB 1516-25

Bonaventura
Molinistae

2. [institus in spirituali, mechanico metaphysico]

Continuatur idem problema: "gratia perficit naturam" - ratio de divisione

5. Consideremus exempla.

a Fides est virtus et actus quo credimus veritates SS a Deo revelatas propter auctoritatem Dei revelantis.

Aliquatenus fides attingit ipsum Deum uti in se est, scil. attingit veritates quae excedunt proportionem totius naturae.

Sed id quod attingitur primo et per se non est Deus uti in se est sed in quantum revelatur, et non propter evidentiam intrinsecam divinae intelligibilitatis in se sed propter auctoritatem seu evidentiam extrinsecam.

Fides ergo est SS non formaliter nam non attingit primo et per se ipsum Deum uti in se est; est SS virtualiter quia ordinatur in hanc communicationem; est SS virtualiter et intrinsece quae haec ordinatio est intrinseca ipsi obiecto formali fidei et non tantum ex fine et adiunctis.

b Spes est virtus et actus quo divino auxilio inherentes firmiter tendimus et volumus bonum arduum futurum possibile, nempe, visionem beatificam.

Manifeste spes ordinatur in communicationem Dei uti in se est; et-quidem-ratione-objeci-fer manifeste spes non attingit ipsum Deum uti in se est, sed hanc consummationem sperat; denique ea non tantum ex fine et adiunctis sed etiam ex obiecto formali spes ordinatur in communicationem Dei; id quod speratur est communicatio.

c Praeterea sunt virtutes intellectuales (sap int scienc) et morales (prud iust temp fort); sunt etiam harum partes et actus.

Haec omnia non solum inveniuntur in ordine naturali sed etiam in ordine supernaturali: tendimus enim in Deum non solum per fidem et spem sed etiam per actus omnium virtutum. Propter hanc ordinationem sunt SS virtualiter.

Porro, prout hae virtutes et actus pertinent ad ordinem supernaturalem, novum habent obiectum formale: nam obiectum formale virtutum naturalium determinatur ex lumine rationis naturalis quae est earum regula; sed obiectum formale virtutum supernaturalium determinatur non ex ratione sed ex veritatibus fidei. Unde sapientia naturalis est philosophia prima, sed supernaturalis est theologia; quare aliter professor moralis in philosophia tractat suam materiam, et aliter professor moralis in theologia; non est mera repetitio eiusdem materiae, sed retractatio sub novo lumine et ex altioribus principiis quae mutant non solum adiuncta et finem sed etiam modificant ipsa obiecta formalia.

Unde hae virtutes et earum actus sunt SS virtualiter ex ordinatione in communicationem Dei et virtualiter intrinsece quia haec ordinatio modificat earum obiectum formale.

d Denique sunt actus corporales ab intellectu sub influxu voluntatis imperati.

Hi actus possunt esse SS, non formaliter quia non attingunt ipsum Deum uti in se est, sed virtualiter quia in hanc communicationem ordinantur. Non tamen ordinantur intrinsece in hanc communicationem nam eorum obiectum formale manet immutatum; sed ordinantur extrinsece in quantum finis et adiuncta sunt talia ut in communicationem Dei tendunt.

Ita deambulatio est quid corporeum et obiectum eius formale est quid naturale; sed potest quis deambulare in statu gratiae, in ordine ad vitam aeternam, cum socio assignato, hora assignata, per tempus a superiore determinatum, cum ea modestia quae convenit iuvenibus SJ, cum conversatione multa et valde spirituali. Ita deambulatio est actus SS virtualiter et extrinsece.

eisdem pedibus
codem modo
notis deambulab.
homo naturalis
per tempus a superiori
juvenibus SJ, cum conversatione multa et valde spirituali.

Virtutes et actus SS.

1. SS est id quod proportionatur communicationi ipsius Dei uti in se est.

Virtutes et actus sunt SS inq. proportionantur communicationi ipsius Dei uti in se est.

2. Virtutes et actus sunt SS formaliter inquantum obiectum formale eorum, scil. obiectum quod primo et per se attingunt, est ipse Deus uti in se est.

Ita visio beatifica est actus quo intellectus primo et per se attingit ipsum Deum uti in se est.

Similiter caritas est vel virtus vel actus quo voluntas primo et per se attingit ipsum Deum uti in se est. ^{Intellectus in patre attingit ipsum Deum uti in se est, ita voluntas intellectus sequens, suo modo attingit idem obiectum. Sed caritas via non specifica eadem ac caritas patræ (I Cor 15: caritas manet); Ergo.}

3. Quod clarius fit consideratis obiectionibus.

a Intellectus intuitive Deum contemplans attingit Deum, non uti in se est, sed sub ratione intelligibilis.

R. Concedo quod visio Dei intuitiva attingit Deum sub ratione intelligibilis sed nego Deum nullatenus esse inintelligibilem ideoque nego Deum visum sub ratione intelligibilis non esse Deum uti in se est. ^{Potest, si non intelligibile sicut tunc quanta color, visus attingit non uti in se est}

b Voluntas tendit in bonum sibi conveniens; sed caritas est ^{attingendo voluntatis} actus voluntatis; ergo attingit Deum non uti in se est sed prout est voluntati creatae conveniens.

R. Concedo voluntatem tendere in bonum sibi conveniens sed nego bonum conveniens appetitui rationali esse bonum subjectivum vel egoisticum tantum et non magis bonum obiectivum. Praeterea, caritas amat Deum, non propter utilitatem vel delectationem amantis, sed propter bonitatem obiectivam amanti, sicut amicus amat amicum. Denique nullatenus bonitas Dei obiectiva distinguitur realiter ab entitate vel intelligibilitate Dei, ideoque actus qui attingit Deum ut obiective bonum attingit Deum uti in se est.

c Noto tertio faciliorem esse actum caritatis quam visionis: verum enim est in mente, bonum vero est in rebus; intellectus non potest attingere Deum uti in se est, nisi ipse Deus intellectui illabitur tamen speciem intelligibilis; sed idem non valeat de voluntate.

4. Virtutes et actus sunt SS non formaliter sed virtualiter si non attingunt primo et per se ipsum Deum uti in se est et tamen ordinantur in communicationem/uti in se est attingendam.

Dividuntur in virtualiter intrinsecce et virtualiter extrinsecce.

Virtutes et actus sunt SS virtualiter et intrinsecce si per eorum obiectum formale ordinantur in ~~ss~~ communicationem Dei uti in se est.

Virtutes et actus sunt SS virtualiter et extrinsecce si ordinantur in communicationem Dei uti in se est, non per obiectum formale, sed per finem et circumstantias.

Dei/

6. Obiectum formale quod et formale quo.

Visus cognoscit rem coloratam (objiectum materiale) colorem (objiectum formale quod) propter lumen (objiectum formale quo).

Hoc exemplum est fere singulare in potentibus sensitivis, sed si ascendimus ad ordinem intellectualem, regulam quamdam inveniemus.

Intellectus directe cognoscit quidditatem rei sensibilis. Obiectum materiale est ipsa res sensibilis; obiectum formale quod est quidditas eius; obiectum formale quo est intelligibilitas, nam in quantum intelligimus sensibilia, possumus formare definitiones seu quidditates; iterum, intelligibilitas rei non includit eius materiam ne communem quidem, sed quidditas rei includit materiam communem.

Intellectus reflexe cognoscit ens, reale: hoc simul est obiectum formale et materiale, quia haec ratio includit omnia in re (nulla esset distinctio inter obiectum formale et materiale visus si nulla esset distinctio inter colorem et rem coloratam). Sed intellectus reflexe cognoscens ens per prius cognoscit verum, per veritatem enim cognitionis ad realitatem rerum attingimus.

Voluntas vult bonum quia bonum: sed bonum quod vult est bonum obiectum; et bonum cur velit est bonitas moralis ita volendi. Voluntas enim est appetitus non quilibet sed rationalis; est appetitus qui rationem sequi debet; quare dicitur bonum hominis esse secundum rationem esse.

Fides credit veritates revelatas propter auctoritatem Dei revelantis.

Spes sperat bonum futurum arduum possibile propter auxilium divinum promissum

Caritas amat divinam bonitatem uti in se est propter summam amabilitatem et amaritatem ut ita dicam huius bonitatis.

In actibus rationalibus, propter latitudinem obiecti formalis seu obiecti quod primo et per se attingitur, saepius sed non semper cessat obiectum mere materiale. Puta, verum et bonum converti cum ente.

In actibus rationalibus, propter ipsam eorum rationalitatem, praeter obiectum formale quod primo et per se attingitur, etiam adest motivum formale vel obiectum formale quo.

Hoc motivum formale vel obiectum formale quo definiri potest ratio vel causa cur attingatur obiectum formale quod.

Denique quia irrationalibus vel disparat vel minoris momenti est obiectum materiale, fit ut obiectum formale quod nominetur obiectum materiale, et obiectum formale quo nominetur obiectum formale simpliciter. Ita saepe apud STh.

7. Habitudo-motivi-formalis-ad-objiectum-formale-est-similis habitudini-objecti-formalis-ad-objiectum-materiale-

7. Motivum formale seu obiectum formale quo est determinativum obiecti formalis quod.

Nam motivum formale est quasi ipsa commensuratio inter potentiam et obiectum formale quod.

Tam late extendere potest cognitio quidditatis quam intelligibilitatem late entis quam veri, tam late bene-abi volitio boni obiectivi quam late apprehensio rationabilitatis volendi (rationalizatio, sui deceptio, obcaecatio, induratio), tam late obiecta fidei quam auctoritas Dei revelantis, tam late spes quam auxilium divinum efficax.

Quare aucto vel mutato obiecto formalis quo, mutatur ab intrinseco obiectum formale quod.

Actus quoad substantiam et quoad modum.

Substantia late intelligitur sicut et "ousia" Aristotelica, scil. id quod a parte rei correspondet tibi quod quid est scil. essentia, sive simpliciter (in linea substantiali) vel secundum quid (in linea accidentali).

Actus quoad substantiam idem ergo dicit ac actus quoad essentiam.

Actus quoad essentiam est actus prout determinatur et cognoscitur per obiectum suum formale.

Modus actus dicitur stricte vel late.

Stricte est modalitas quaedam actui intrinseca, uti facilitas, intensitas, duratio, delectabilitas, promptitudo.

Late modus potest includere modum cumque circa actum sive intrinsecum sive extrinsecum praeter ipsam actus substantiam.

Actus est supernaturalis quoad substantiam quatenus obiectum formale est supernaturale.

Est SS si obiectum formale est SS: ita omnes actus SS sive formaliter sive virtualiter et intrinsece.

Est supernaturale secundum quid si obiectum formale est supernaturalis secundum quid.

Actus est supernaturalis quoad modum si modus actus (intensitas, duratio, delectabilitas, etc) excedunt proportionem naturae.

Actus haud dici possunt SS quoad modum, quia non possumus aestimare quinam modus actuum convenit cuilibet substantiae creabili.

Exceptio tamen facienda est circa actus dictos SS virtualiter et extrinsece: isti actus excedunt proportionem cuiuslibet substantiae creabilis, non tamen ratione substantiae et obiecti formalis, sed ratione modi late dicti scil. finis et circumstantiarum.

NB Hi actus non occurrunt nisi imperati per actus SS quoad substantiam: non enim intenditur finis et iudicantur obiecta adiuncta ad actus SS virt et extrin nisi per actus SS vel form vel virt et intrin.

obiectum actus: est id quod actu attingitur

obiectum materiale actus: obiectum actus in se spectatum.

obiectum formale actus: obiectum actus secundum rationem sub qua per se et primo attingitur

Obiectum formale actus et formalis ratio obiecti relate ad potentiam vel habitum ~~nam~~ coincidunt. Nam formalis ratio obiecti relate ad potentiam vel habitum est ratio
a secundum quam potentia actuare vel actuari potest
b quae ideo necessario in actu inveniatur in quantum est actus huius potentiae

c iterum est ratio secundum quam obiectum potest esse obiectum vel potentiae vel habitus vel actus

d et ideo est ratio sub qua obiectum per se attingitur per actum huius potentiae vel habitus

e denique quia est maxime fundamentalis ratio eiusmodi attingentiae, est ratio sub qua obiectum primo attingitur per actum huius potentiae vel habitus

motivum formale actus: est causa vel ratio cur obiectum formale attingitur; ita,
lumen est cur color attingatur per visum;
intelligibilitas est cur quidditas formetur per intellectum;
evidentia est cur verum enuntietur ab intellectu;
auctoritas divina est cur fides credit veritatem divinam;
auxilium promissum est cur spes tendit in bonum arduum futurum;
quia est bonitas amici est cur caritas amat bonitatem divinam.

Motivum formale etiam nominatur obiectum formale quo, et tunc "obiectum formale" nominatur "obiectum formale quod"; iterum, motivum formale etiam nominatur "obiectum formale" et tunc "obiectum formale" nominatur ~~ab~~ "obiectum materiale principale." Singulorum auctorum usus est inquirendus, ne fiant confusiones et de nominibus lites.

3. Theorematum quaedam.

a ^{hanc} Operatio assimilatur obiecto.

Omnes enim agens agit sibi simile: si operatio est efficiens et obiectum est effectus, operatio assimilatur obiecto ut causa effectui; si vero operatio est effectus et obiectum est efficiens, operatio assimilatur obiecto ut effectus assimilatur causae.

b Essentia operationis determinatur ab obiecto formalis.

Efficiens et patiens commensurantur: secus quocumque efficiens in quocumque patienti effectum producere posset; puta, colores in auditu, et sonos in visu.

Ratio scdm quam efficiens et patiens commensurantur definiri potest dupliciter: uno modo definitur ut ratio in qua convenientur omnes effectus possibles in tali patienti; alio modo definitur ut ratio in qua convenientur omnia efficientia possibilia relate ad tale patiens.

Haec ergo ratio commensurationis a definit possibilitatem operationis attingendae obiectum, b uno vel alio modo potest definiri ut ratio obiecti, et c et quia haec obiecti ratio definit possibilitatem operationis qua attingendae obiectum, nominatur formalis ratio obiecti.

Scdm hanc rationem operatio per se et primo attingit obiectum: per se quia operatio assimilatur obiectum scdm rationem scdm quam obiectum est possibile obiectum huius operationis; primo, quia si alias rationes obiecti per operationem attinguntur, mediante hac radicali ratione attingantur necesse est.

Ratio formalis dicitur: definit possibilitatem operationis attingendae obiectum

Efficiens et patiens commensurantur
commodato efficientis respectu est action
ratio formalis secundum operatio prius et primum attingit
obiectum, secundum operationem

Essentia operationis est hoc agitur per obiectum
ut per se prius obiectum per operationem attingitur

THESIS III.

Praeter operationes quibus primo et per se attingitur ipsas ipse Deus uti in se est, etiam multae et alias sunt simpliciter supernaturales quoad substantiam.

Scopus:

Communicatione divinae naturae deponitur vetus homo et induitur novus. In prima thesi principalia huius renovationis collecta sunt: gratia sanctificans, caritas, visio beatifica. At latius patet ipsa renovatio, nam totus homo afficitur, et quidem supernaturaliter.

Notiones praeviae.

1. Analysis fundamentalis: efficiens, patiens, effectus.

Potentia: ordo ad actum.

Potentia passiva: ordo ad actum recipiendum, seu habitudo patientis ad effectum.

Potentia activa: ordo ad actum producendum, seu habitudo efficientis ad effectum.

Passio: actus huius ut in hoc, seu effectus secundum habitudinem ad patientem patiens.

Actio: actus huius ut ab hoc, seu effectus secundum habitudinem ad efficiens.

2. Analysis applicata: potentia, operatio, obiectum.

Operatio est actus secundus; potest esse vel efficiens vel effectus; si est efficiens, obiectum est effectus; si vero operatio est effectus, obiectum est efficiens.

Ita visible est efficiens et obiectum, videre est operatio et effectus; sed intelligere est operatio et efficiens, quidditas formata est obiectum et effectus.

Attingere est habitudo ad operationis ad obiectum; si operatio est efficiens et obiectum est effectus, attingere est habitudo potentiae activae; si operatio est effectus et obiectum est efficiens, attingere est habitudo potentiae-passivae actionis.

De supernaturalitate actuum salutarium positve disponentium ad iustificationem sed remote (non ex virtute infusa elicitorum, sive formata sive informi). Aliter dispositio remota in infideli.

1. Quaestio facti.

Sintne eiusmodi actus eiusdem perfectionis ontologicae ac actus ex virtutibus per/infusis eliciti.

se/ Videtur quod non.

- a) quia non sunt meritorii ex condigno vitae aeternae
- b) quia descriptio in Trid. DB 798 hoc non evincit
eg oportet credere quia est [Deus] et quod inquirentibus se remunerator sit" Confidentialia timor paenitentia...

Videtur melius distinguendum.

- a) Sunt eiusdem perfectionis ac actus caeterarum virtutum non sicutem actus caritatis
- b) Actus caritatis et actus caritate formati sunt meritorii; actus ex virtutibus per se infusis sed informibus non sunt meritorii
- c) Trid DB 798 videtur loqui de eadem fide ante et post iustificationem. 798 agit de iustificatione per baptismum ex ibid et ex comparatione 807
ex eo quod haec fides est circa veritatem revelationis cum in genere tum in specie circa iustificationem impii per redemtionem quae est in Xto Iesu
- d) Problema oritur ex modo arguendi circa caritatem apud DT et contra Lombardum
- e) Historice entitative supernaturale est meritorium vel meriti principium

Quare dicendum

- a) Virtus et actus caritatis est entitative supernaturales scil. simpliciter et quoad substantiam
- b) Caeterae virtutes per se infusae earumque actus sunt supernaturales simpliciter sed non quoad substantiam sed quoad modum tantum
- c) Unde hi actus tam ante quam post iustificationem occurrere possunt
- d) Quia sunt supernaturales simpliciter, excedunt proportionem cuiuslibet substantiae finitae
- e) Quia-e-supererit-ut-iustificatus
Quod facit iustificatus ex principio sibi intrinseco, facit non iustificatus ex principio extrinseco, scil. ex Deo movente sed nondum inhabitante. DB 898
- f) Tamen non iustificatus vere elicit hos actus, quia sunt entitative naturales.

Fides enim ex imperio voluntatis

Virtutes morales infusae: quia aliud est medium virtutis; diversitas quoad modum

Spes: est amor concupiscentiae circa obiectum novum

Beraza, De Gratia Xti, Bilbao 1916

p. 12 §15:

"Gratia enim simpliciter supernaturalis quoad substantiam est donum quod ex sua intrinseca entitate ordinatur ad unionem cum Deo quidditatively sumpto, vel formaliter ut visio Dei intuitiva vel principiatively immediate ut lumen gloriae et habitus caritatis consummatae in patria; vel principiatively mediate ut gratiam sanctificans, virtutes infusae, gratiae actuales, et actus salutares in via; vel consecutive ut dotes corporis glorisi.

tantum/ "Gratia vero supernaturalis/quoad modum est donum, naturae quidem in sua entitate, naturae tamen indebitum, vel quia datur tempore quo non exigitur, vel saltem in eo gradu et mensura quam causae secundae hic et nunc causare non possunt."

p. 51, §68

Arguit ad probandum entitative supernaturales quoad substantiam esse actus remote disponentes "sicut oportet" ad iustificationem

"Etenim nullus modus assignari potest qui actum in sua entitate naturalem reddat ita supernaturalem ut nulla virtus naturae eum elicere valeat.

"Profecto hic modus nequit esse facilitas actus, ut Duraddus... Nec intensio actus, ut Paludanus et alii.. Neque ratio meriti sive de condigno sive de congruo, ut affirmat Capreolus... Nec specialis dignitas actus; cum haec potius dependeat a dignitate operantis. Nec actio qua producitur actus... nam verisimile non est Deus disposuisse ut actus qui possunt fieri actione naturae fiant speciali actione gratiae; et non potius ut fiant actione gratiae quia actus ipsi superant vires naturae. Nec denique ullus aliis modus; nam quicumque ille sit non poterit dare actu intrinsecam aptitudinem ad positive conducendum hominem in vitam aeternam. Sed nulla est ratio asserendi actus salutares, non ex intrinseca aptitudine, sed ex sola externa Dei acceptatione habere vim et efficaciam conducendi nos in vitam aeternam. Ergo actus salutares ex sua intrinseca entitate sunt supernaturales."

Ibid. etiam arguit

lo Ex CC et PP: "huiusmodi praedicata non videntur convenire actibus qui in sua entitate sint naturales

20 a) Ex ordinatione ad iustificationem quae est entitative supernaturalis

b) Ex eo quod actus virtutum infusarum sunt intrinsece spnles

c) Ex impotentia naturae (vide supra)

Supernaturale quoad substantiam et quoad modum.

Schiffini, De gratia divina, Herder Friburgi Br., 1901, p. 8 ff., §8.

Haec divisio non est sub-divisio supernaturalis simpliciter sed cuiuslibet supernaturalis.

".. spectatur potius id in quo ratio supernaturalitatis sive simpliciter sive secundum quid, inesse intelligitur. Dicitur itaque supernaturalis in substantia, quod in sua ipsa propria est specifica ratione consideratum supergreditur naturam. Talis est e.g. certa praesensio rei contingenter futurae, itemque visio intuitiva divinae essentiae. Supernaturale quoad modum illud est quod naturam excedit, inspecto vel modo quo efficitur, vel inspectis iis circumstantiis, quae specificam rationem rei minime immuunt, qualis si esset maior minorve intensitas, duratio brevior vel longior diuturnior, etc. Exemplo sit scientia naturalis philosophiae per accidens infusa, quae uidem eiusdem rationis fuit ac illa quae proprio studio acquiritur; itemque vividior apprehensio obiecti naturaliter cognoscibilis, quae praepter consuetum modum agendi causarum secundarum divinitus inspiraretur" citat Cgent III 53.

Argumenta quibus probat entiativam supernaturalitatem actuum p. 229 ff. § 144 ff.

§144. Dubitat de valore argumenti ex proportione horum actuum ad iustificationem praeparendam vel vitam merendam

§145. Dubitat de argumento ex impotentia sine gratia, nisi additur argumentum sequens ex paritate inter actus ante et post virtutes infusas etc.

§146. Ex necessitate virtutum per se infusarum ad actus eiusmodi eliciendos: haec necessitas non intelligitur nisi actus sunt simpliciter et quoad substantiam seu entitative supernaturales.

Non ratione facilitatis: nam nulla difficultas in statu innocentiae et tamen virtutes; praeterea, non semper facilitas quando dantur

Non ratione cogitationis conservae: hoc non pendet a virtute sed ab usu; si congrua sufficit, naturalis et congrua sufficit

Non ratione intensitatis vel diuturnitatis: nam actus est meritorius etiamsi remissus vel brevis

Non ratione dignitatis actus: dignitas enim habetur a gratia sanctificante non a virtute infusa

Non ratione acceptationis divinae: nam Deus posset acceptare etiam sine virtute; praeterea, hoc facit Deus agere quasi ex arbitrio; de facto Deus acceptat hoc et non illud propter huius bonitatem utique a Deo datam.

formalis ratio obiecti: est ratio secundum quam potentia et obiectum commensurantur.

Haec definitio dicit idem quod prior; illa vero magis est descriptiva, haec magis explicativa; ideo enim hoc obiectum est obiectum possibile huius potentiae, quia obiectum hoc et potentia haec commensurantur.

THESIS III.

Praeter operationes quibus primo et per se attingitur ipse Deus uti in se est, etiam multae et aliae sunt simpliciter supernaturales quoad substantiam.

Scopus.

In prima thesi, ubi de exsistentia creatae communicationis naturae divinas agebatur, principaliter principaliora tantum in medium afferebamus, nempe, unionem hypostaticam, gratiam sanctificantem, caritatem, visionem beatificam. Quae omnia in secunda thesi simpliciter esse supernaturalia demonstravimus. At latius patet communicatio divina ratioque supernaturalitatis, nam vetus homo est totus deponendus et novus homo est totus induendus. De hac hominis transformatione quae et qualis sit, nunc agitur.

Notiones praeviae.

potentia: ordo ad actum

potentia activa: ordo ad actum producendum

potentia passiva: ordo ad actum recipiendum

potentia passiva essentialis: ordo ad actum primum, seu formam, seu habitum, seu quocumque principium tou "per se" recipiendum

potentia passiva accidentalis: ordo ad actum secundum, esse, operationem recipiendum

objecum (antikeimevov) est duplex (I, q. 77, a. 3, c).

relate ad potentiam passivam (receptivam effectus) est actus proportionatus ad effectum in hac potentia producendum; ita color agit in visum sed non in auditum, et phantasma illuminatum agit in intellectum possibilem, et appetibile apprehensum movet appetitum.

relate ad potentiam activam (productivam effectus) est actus cui producendo proportionatur potentia activa; ita intelligere directum producit "quod quid est" et intelligere reflexum producit iudicium.

formalis ratio objeciti: est ratio in qua conveniunt omnia objecta possibilia vel eiusdem potentiae vel eiusdem habitus; ita omnia visibilia conveniunt in ratione coloris, omnia audibilia in ratione soni, omnia nobis intelligibilia in ratione quidditatis rei sensibilis, omnia iudicabilia in ratione veri, omnia appetibilia in ratione boni apprehensi, etc.

specifice

7. Quidquid pertinet/ad communicationem Dei uti in se est,
sive constitutive, sive exigitive, sive consecutive, est SS.

Scil. "communicatio Dei uti in se est" est regula-norma-
mensura omnium quae sunt SS, sicut substantia finita est regula-
norma-mensura omnium quae sunt eidem substantiae naturalia.

Nam nulla substantia finita potest constitui illa entitate
qua ~~Es~~ communicatur Deus uti in se est: nam communicatio semper
supponit substantiam cui fiat communicatio

neque ulla substantia finita potest scdm suam proportionem
sive totalem sive specificam aut consequi aut exigere hanc communica-
tionem Dei.

Nam rationes scdm quas Deus ad extra non est imitabilis
sunt diversae et superiores rationibus scdm quas Deus ad extra
imitari potest: sed omnis substantia finita, omnis proportio
naturalis, est ratio scdm quam Deus ad extra imitari potest;
est tt participatio Dei; communicatio vero Dei uti in se est,
non tt est participatio Dei sed etiam includit rationes scdm
quas Deus ad extra imitari non potest.

Pari ratione, quidquid consequitur ad communicationem Dei
vel exigitur ab hac communicatione est SS.

Nam horum omnium regula-norma-mensura est ~~ex~~ participatio
Dei quae etiam communicatio est Dei; sed regula-norma-mensura
cuiuslibet alterius entis est participatio Dei quae non etiam
est communicatio Dei.

Ex diversis regulis-normis-mensuris sequitur diversitas
constitutivi, consecutivi, exigitivi.

8. Quare non est mirum quod haec Dei communicatio in casibus
maximis (unio hypostatica, visio beatifica, inhabitatio SpS in
iustis) transcendent categorias metaphysicas ordinarias.

Ad horum enim intelligentiam postulatur "actuatio finita
per actum infinitum"

Ipsum esse Dei est actus relate ad potentiam essendi
substantiae DNI - ~~um nuptias et levibus deinceps informar~~

Ipsam essentia divina est actus seu species intelligibilis
relate ad intellectum intuitive videntem ipsum Deum uti in se est

Pariter, uti-videtur, gratia sanctificans est ens creatum
quo formaliter constituitur inhabitatio SpS; et uti videtur,
haec inhabitatio pari ratione est explicanda.

De quibus omnibus in aliis tractatibus: De Verbo Incarnato,
De Deo Uno vel Fine ultimo, De gratia habituali.

Dela Taille, Rsr 1928.

Sup rnatuale simpliciter.

hypostatica
ad unione
per habitacionem
in seipsum

1. Quaeritur quid esse possit id quod excedit proportionem cuiuslibet substantiae finitae. *Nam negativa & est definitio data; at circulus ritius*

Patet enim Deum excedere talem proportionem, sed tractatus est de quodam ente creato et finito, nempe, gratia.

Porro, omne ens creatum habet aliquod "quod quid est:" nam quidquid esse potest, intelligi potest.

Proinde quod habet "quod quid est" habet naturam, essentiam, vel simpliciter (subst.) vel scdm quid (accidens quoddam), ideoque videtur intra proportionem alicuius substantiae finitae contineri saltem substantiae creabilis.

2. Primo notandum quod quidquid Deus facit cognoscendo et volendo facit. Deinde quidquid cognoscit, in sua essentia cognoscit. Tertio, quod in sua essentia cognoscit est quaedam imitatio suae essentiae.

Unde habetur categoria quaedam generalis: participatio Dei.

Sunt aspectus varii scdm quod Deus est ad extra imitabilis; id quod producitur et quocumque producitur est participatio quaedam Dei scdm quod Deus est ad extra imitabilis.

3. Secundo, Deus non est totaliter ad extra imitabilis.

Prout Deus est infinitus, ad extra imitari non potest: secus duplicitia infinita essent possibilia; Deus aliud Deum increatum creare posset.

Quare praeter Deum uti imitabilis est ad extra, etiam Deum uti in se est, uti ad extra imitari non potest, considerare oportet.

4. Tertio, Deus non solum dat de bonis suis se etiam se ipsum vere et realiter communicat.

Quando dicimus hunc hominem IIC esse Deum, non significamus eum esse quaedam imitationem vel participationem Dei; volumus dicere eum esse ipsum Deum incrementum, aeternum, immutabile, & verum Filium aeternum.

Unde ultra omnes Dei participationes, scdm quod Deus est ad extra imitabilis, etiam dantur Dei communicationes scdm quod ipse Deus uti in se est a creatura attingitur, sive ut creatura sit Deus (unio hypostatica) vel intuitivè Deum videat (visio beatif) vel habeat Deum inhabitantem (gratia sanctif).

5. Quarto, istae Dei communicationes constituuntur non per aliquam mutationem in Deo sed per mutationem et entitatem in creatura receptam.

Non primum, quia Deus est immutabilis; necessario est vel habet omne quod est vel habet; haec vero communicationes sunt contingentes.

Ergo alterum: secus nulla esset obiectiva veritas asserti quod Deus communicatur; esset vacuum nomen sine realitate.

6. Quinto, haec entia quibus constituitur communicatio Dei sunt entia finita; scdm se spectatae, sunt participationes Dei, imitationes Dei ad extra. Quidquid enim est, a Deo cognoscente est, et quidem cognoscente in sua essentia.

Sed non tantum sunt participationes Dei: etiam constituunt non solum hanc finitam entitatem sed etiam veritatem et realitatem eius quod Deus uti in se est, uti imitabilis ad extra non est, communicetur.

constitutive : ut natura sit
consecutive : id quod regatur, prout natura
exigitiva : id quod ex alio debetur, prout natura [in part. aposit
[exigunt per se
exigunt gravitas
in forma hinc

6. Natura est ipsa rei substantia prout est principium operationum.

Naturale est quocumque pertineat ad naturam, constitutive, consecutive, exigitive.

Proportio naturae (~~concretae~~) est quocumque habet relationem constitutivi, consecutivi, exigitivi ad takem naturam.

Proportio naturae (abstracte) est ipsa talis relatio.

Status naturae est ordo quidam concretus in quo naturae simul versantur et in finem progrediuntur.

Exempla sint:

Dispositive exiguntur per formam substantialem: materia prima et quidem pro formis superioribus materia disposita.

Consequitur essentiam singularem: esse substantiale

Consequitur essentiam existentem: potentiae in linea accidentalis scil. potentiae fluunt ex ipsa rei substantia)

Exiguntur actus primi potentiarum in linea accidentalis et habentur vel a generante (forma gravitatis, potentia visiva) vel post acquiruntur (scientia, virtus)

Exiguntur in maiori parte (nam forma est principium per se occurrentiae, non infallibilis occurrentiae operationum) actus secundi

Ad operationes exiguntur dispositiones et consequuntur instrumentalitates virium inferiorum (sensitiva relate ad intellectualia; vitalia relate ad sensitiva; inorganica relate ad vitalia).

Ordo rerum determinatus in quo haec omnia per activitates et passiones convenienter occurunt, dicitur status.

7. Naturale dividitur in genericum et specificum

Naturale genericum pertinet ad naturam generice consideratam: ita potentiae sensitivae in homine, nam hae potentiae etiam ad alia animalia pertinent.

Naturale specificum pertinet ad naturam specificie consideratam: ita intellectus possibilis in homine, nam ad speciem humanam et nullam aliam pertinet int. poss. qui est tabula rasa initio

8. Naturale dividitur in "quoad substantiam" et "quoad modum"

Distinctio maximi momenti; multae disputationes ex defectu claritatis hac in re.

"Substantia" dicitur eo sensu ac Aristotelica ousia: scil. essentia, quae simpliciter est in linea subst. scdm quid in lin accid.

Naturale quoad substantiam est quod scdm perfectionem ontologicam propriae formae pertinet ad determinatam naturam

Naturale quoad modum est quod non pertinet ad aliquam determinatam naturam scdm perfectionem ontologicam propriae formae sed tantum ratione dispositionis, instrumentalitatis, vel alterius modalitatis.

Sensus humani pertinent ad naturam humanam generice consideratam scdm substantiam, sed pertinent ad eamdem naturam specificie consideratam quoad modum tantum. Potentiae enim sensitivae fluunt ex substantia humana; pertinent consecutive ad hanc naturam, non tamen specificie sed generice tantum, nam inveniuntur in aliis animalibus. Porro, sensus scdm ontologicam perfectionem propriae formae non sunt spirituales: sunt in materia recepta, incapaces operandi sine materia (operatio enim est motus coniuncti), incapaces subsistendi extra materiam (nam operatio sequitur esse).

Non ergo habent ontologicam perfectionem quae invenitur in anima humana vel in intellectu humano vel in voluntate humana.

9. Circa dispositiones, nota

Interdum actus procedentes ex forma iam infusa vel educta dicuntur dispositiones ultimae (exemplo: glove, gant)

In acquisitione virtutum, quamdiu virtus non perfecte acquiritur, actus sunt dispositiones ad virtutem acquirendam et fructus virtutis imperfecte acquisitae; sed in instanti quo perfecte acquiritur, actus virtutis est et ultima dispositio ad perfectam virtutem et simum fructus virtutis acquisitae perfecte.

Iam vero quando virtus est infusa, maximum discrimen valet inter dispositiones remotas ad infusionem et dispositiones has ultimas: illa non procedunt ex forma nondum infusa et non habent perfectionem ontologicam quae pertinet ad talem formam; sunt illi formae proportionata non sicut substantiam sed tantum quoad modum.

Alia ex parte, dispositiones ultimae ex ipsa forma infusa procedentes habent perfectionem ontologicam propriam illi formae, sunt enim actus secundi ad quos ipsa forma ordinatur et qui per ipsam formam limitantur ut actus per potentiam.

10. Posui distinctionem inter "quoad substantiam" et "quoad modum" in speculativa sua generalitate.

Dicit
Exemplo sit machina dactylographica quae proportionatur operi excibendo, non secundum ontologicam perfectionem formae suae naturalis, sed ex dispositione partium sed forma artificiali et ex virtute instrumentalis. Machina proportionatur operi intellectuali non sicut substantiam sed modaliter.

Sed modus loquendi singulorum auctorum est diligenter inspiciendus: non potest haec terminologia simpliditer transferri ad interpretationem cuiuslibet auctoris.

Proportio naturae.

1. Proportio alicuius naturae est ipsa eius substantia prout est principium determinandi seu regula vel norma vel mensura eorum quae constitutive, consecutive, exigitive ad eamdem naturam pertineant.

Ita homo secundum substantiam est animal rationale, et haec notae animalitatis et rationalitatis constituunt regulam, normam, mensuram omnium quaequummodo ad hominem pertinent.

2. Sicut dantur gradus ontologici quibus alia entia superiora et perfectiora et sunt et agnoscuntur, alia vero inferiora et minus perfecta,
pariter dantur gradus proportionum.

3. Proportio specifica vel propria alicuius gradus ontologici est omne illud quo gradus superior superat proxime inferiorem.

Ita vita viventibus superant inorganica; sensu sensitiva superant vegetalia; ratione homines superant animalia; immaterialitate angeli superant homines; infinite Deus superat angelos.

4. Quod specifico et formaliter est ordinis superioris non potest inesse ordini inferiori qua tali.

qua tali: scil. inesse potest quatenus ordo inferior elevatur ad superiorum, puta, si lapidi vel bovi infunditur intellectus possibilis, tunc lapis vel bos posset intelligere; non tamen qua lapis vel qua bos sed qua ad ordinem intellectualem elevatus intelligeret.

formaliter: aliquid est formaliter ordinis superioris si habet formam eiusdem ordinis (i.e. secundum praeceps quae constituit ord. sup.)
ita intelligere formaliter est ordinis rationalis,
sentire est formaliter ordinis sensitivi, etc.

probatur: per se evidens
nam quod specifico est ordinis superioris pertinet ad eumdem ordinem et non pertinet ad ordinem inferiorem
quod formaliter est ordinis superioris, habet formam eiusdem ordinis
quod habet formam alicuius ordinis, in illo ordine eo ipso constituitur; forma enim est principium essendi, est quo materia est ens huius vel illius gradus.

5. Quod specifico sed virtualiter est ordinis superioris, inesse potest ordini inferiori inquantum entia inferiora moventur tamquam instrumenta ordinis superioris.

instrumentum: est illud quod ab alio motum producit effectum ultra proportionem propriam
ita machina dactylographica producit opus philosophicum
bos producit campos cultos secundum artem agriculturam

virtualiter: i.e. causaliter: aliquid virtualiter pertinet ad ordinem quendam cuius causa efficiens proportionata

virtualiter (causaliter): Aliquid pertinet virtualiter ad ordinem superiorem si causa eius efficiens proportionata vel finis operis proximus est ordinis superioris.

Ita liber philosophicus est opus intellectuale, non quod ipse liber intelligit sed quod talis liber ab intelligentे necessario est et in usum intelligentis

Ita bos debito modo trahens aratum facit opus intellectuale in quantum causa efficiens proportionata agriculturae non est bos sed homo qui bovem docet dirigit et aratro copulat et dirigit

haec ergo opera sunt intellectualia, sed non formaliter quia nec liber nec bos intelligunt, sed virtualiter inq. causa proportionata necessario intelligit.

probatur: per se evidens

nam existunt instrumenta multa et varia instrumentum definitur illud quod, in quantum ab alio motum, producit effectum ultra proportionem suam

ut effectus sit ultra proportionem instrumenti, necessario ab instrumento excluditur quod formaliter est ordinis superioris

ut effectus sit ab instrumento, necessario instrumento attribuitur virtus ex ei communicata a causa proportionata.

6. Quod proxime disponit subiectum ad receptionem formae superioris ordinis, virtualiter sed non formaliter pertinet ad ordinem superiorem.

Virtualiter: quia finis operis est ipsa forma ordinis superioris

Non formaliter: quia tantum dispositiones et non ipsa forma adhuc sunt receptae.

Ita in corpore disposito ad receptionem animae humanae, nullum inest eius formaliter spirituale; inest tamen proportio ad animam spiritualem recipiendam, nam haec est finis operis proximus dispositionum.

De potentia ad actus SS.

1. Potentia est ordo ad actum.

2. Potentia est vel passiva vel activa.

Potentia passiva est ordo ad actum recipiendum.

Potentia activa est ordo ad actum producendum.

3. Potentia passiva est accidentalis vel essentialis.

Potentia accidentalis est potentia actus primi ad secundum, formae substantialis ad esse, formae accidentalis ad operationem, habitus ad usum, vel cuiuscumque principii tou per se ad actum per se occurrentem. Nominatur haec potentia accidentalis quia per accidens est si deest actus ad quem est.

Potentia essentialis est est potentia ad actum primum, formam substantialiem vel accidentalem, habitum, principium tou per se.

Ita intellectus possibilis est in potentia essentiali ad habitus intellectus scientiae sapientiae prudentiae; sed his habitibus perfectus est in potentia accidentalis ad actus secundos.

4. Potentia essentialis est proxima vel remota.

Potentia essentialis proxima proportionatur ad formam recipiendam: ita corpus dispositum ad infusionem animae humanae.

Potentia essentialis remota non actu proportionatur ad formam recipiendam sed, per receptionem dispositum, ad hanc receptionem proportionari potest: ita materia prima cuiuslibet entis inorganici relate ad infusionem animae humanae.

5. Potentia accidentalis est eiusdem proportionis formaliter ac actus suus: nam ipsa potentia accidentalis est forma quae recipit et limitat actum secundum.

Potentia essentialis proxima est eiusdem proportionis virtualiter ac actus suus: nam actus suus est finis operis proximus dispositionum quae in potentia essentiali proxima inveniuntur.

Potentia essentialis remota neque formaliter neque virtualiter est eiusdem proportionis ac actus suus; neque habet ullam exigentiam sui actus, quamvis haberet, si disponeretur; e.g. materia prima non habet exigentiam ut actuatur per infusionem animae humanae, secus omnis materia prima ita actuaretur.

6. Potentia essentialis remota dividitur in naturalem et obedientiale.

Est naturalis est quaedam substantia finita, creata vel creabilis, est agens proportionatum ad eam disponendam et actuandam.

Est obedientialis si nulla substantia finita, creata vel creabilis, sed solus Deus est agens proportionatum ad eam disponendam et actuandam.

7. Potentia activa est ardo ad actum producendum.

Est actus, et quidem actus secundus, non sicut se spectatus, sed sicut aliquid sibi proprium, nampe sicut suam capacitatem producendi effectum sibi similem.

Actus qui a potentia activa producitur in potentia passiva recipitur.

Quare unus et idem est actus ad quem ordinatur et per quem actuatur potentia activa et potentia passiva.

Hic unus actus est actus potentiae activae ut ab ea, et sub hoc respectu dicitur actio (actus huius ut ab hoc).

Idem actus est actus potentiae passivae ut in ea, et sub hoc respectu dicitur passio (actus huius ut in hoc).

Quare actio est ab agente et in passo.

8. Ordo ad actum producendum est potentia activa proprie dicta; sed notandum est potentiam activam etiam improprie dici, et tunc esse eamdem ac potentia passiva accidentalis.

Radix huius usus impropriæ est aequivocatio tou agere et apud Ar & Aq tou actio. Haec aequivocatio, sed non conceptum confusio, invenitur

Si quis sentit, intelligit, vult, dicitur agere quia est subiectum grammaticale relate ad verbum in voce activa.

Sed aliud est esse subiectum grammaticale relate ad verbum in voce activa, aliud prorsus est esse causam efficientem quae producit effectum; possunt sane coincidere; sed etiam possunt non coincidere; neque determinatur utrum quid sit causa efficiens per meram analysis grammaticalem.

Quantum ad analysis ontologicam sunt diversae sententiae.

Aristoteles et Aquinas docent:

a relate ad actus secundos sensum exteriorum, causam efficientem esse obiectum sensibile

b relate ad actus secundos intelligendi, causam efficientem esse intellectum agentem, intellectum possibilem et speciem et habitum esse principia passiva quibus actus intelligendi recipiuntur

c relate ad actus appetendi, in genere appetibile movere-appetita apprehensum movere appetitum

d relate ad actus volendi in posteriore doctrina S. Thomae, volitionem quoad specificationem actus efficere ab appetibili appreheenso, quoad exercitum actus, si volitio est finis, a motore extrinseco qui est Deus, si volitio est mediorum, ab ipsa voluntate actuata relate ad finem.

Posteriores generatim docent quod cum sentire, intelligere, velle non solum sunt agere sed etiam sunt actus vitales quibus vivens movet seipsum, ergo universaliter causa efficiens horum actuum est eadem potentia ac recipiens.

Sicut hos species sensibilis et species intelligibilis est forma quae producit actum sentiendi et intelligendi; similiter in voluntate est forma quae producit actum volendi.

Si quis obicit hos actus recipi in his potentias et easdem perficere, vel distinguitur quod non sicut idem est productio et receptio, vel recurritur ad promotionem physicam.

Sequemur sententiam Aristotelis et Aquinatis; sed indicabimus consequentias alterius sententiae pro nostra materia de gratia.

8. Causa efficiens est subiectum potentiae activae.

Causa efficiens dividitur in principalem et instrumentalem.
Est ppincipalis inquantum perfectio suae formae vel aequat
vel superat perfectionem effectus.

Est instrumentalis inquantum perfectio suae formae superatur
a perfectione effectus.

Solus Deus est causa efficiens principialis simpliciter, scil.
relate ad totam perfectionem effectus. Omnis enim effectus est
ens, habet esse; secus non esset. Sed in solo Deo sua forma est
suum esse.

Nulla causa efficiens est instrumentalis simpliciter, scil.
perfectio suae formae in nullo aspectu aequat perfectionem effectus;
nam-nemo-dat-quod nam nisi aliquid de suo daret, inutiliter
adhiberetur ut instrumentum; et nihil/habet dandum nisi scdm
perfectionem suae formae.

Quamvis instrumentum non proportionatur effectui scdm
perfectionem suae formae, ei proportionatur scdm motum in se
a causa efficiente principali receptum.

Hic motus vocatur virtus instrumentalis, scil. capacitas
producendi effectum quae convenit instrumento qua tali.

Agere per virtutem instrumentalem etiam dicitur agere
in virtute causae superioris.

Ita bos debito modo trahit aratum in virtute conduceantibus,
et machina dactylographica debito ordine imprimunt characteres
in virtute scribentis.

scil. omnis potentia passiva est ad aliqua, supportis causis modis ita
ad alia plura, supposito speciali et gradiente
sed, sicut actus est prius potentia, ita post actum (quod est actus) est prius potentia passiva
potentia passiva est (subiecti) et ad id quod potentia activa potest in ratione
substantiae ^{invenientur diversae}
^{producere}

9. Potentia ~~potentiae~~ intellectualis finitae ad actus SS est
essentialis, remota, obedientialis.

Essentialis, quia non habet formam SS.

Remota, quia non disponitur ad hanc talem formam recipiendam
neque talem exigentiam dispositionem exigit.

Obedientialis, quia solus Deus est agens proportionatum ad
tales dispositiones producendas vel tales formam infundendas.

Attamen, adest potentia in quantum a Deo dispositiones
requisitae in eiusmodi substantia produci possunt et ipsae
formae in disposita infundi possunt.

Praeterea, propterea est haec potentia in substantia intellectuali
quam non intellectuali: nam prius essent infundendi intellectus
et appetitus rationalis quam dispositiones proximae ad formas
SS, si substantia non intellectualis ad ordinem SS elevaretur.

Potentia intellectualis super potentiam naturalium suorum naturae additum in hinc
actinore additum omnipotentiae divinae.

10. Ad actus SS formaliter, scil. qui sunt actus perfectantes
aliquam formam SS, per prius requiritur infusio formae quam receptio
productio ipsorum actuum.

Ita in visione beatifica, prius est recipere Deum ut speciem
intelligibilem in intellectu possibili quam elicere actum videndi
Deum intuitive ut in se est.

Ita etiam in caritate, prius est recipere virtutem infusam
caritatis quam elicere actum caritatis sub motu SpS. II-II 23 2

11. Ad actus SS virtualiter, scil. qui sunt SS non ratione formae
sed ratione causae efficientis vel finalis

10. Ad actus SS formaliter, scil. qui supponunt formam in subiecto
receptam ut actus subiecto inesse possit (sicut bos non potest
intelligere nisi prius receperit intellectum possibilem), per
prius requirtur infusio formae quam receptio actus.

Ita visio beatifica supponit illapsio ipsius Dei in intellectu
tamquam species intelligibilis; et actus caritatis supponit
habitum caritatis (II-II 23 2 c).

11. Ad actus SS virtualiter, scil. qui non adeo proportionem
substantiae finitae excedunt ut sine nova forma infusa subiecto
inesserent, sufficit motio Dei in ipsas potentias naturales
qua obedientiales.

Quare hi actus possunt occurrere in subiecto ante infusionem
virtutum supernaturalium, et de facto occurrunt (DB 798) ante
iustificationem in qua virtutes infunduntur.

12. Qui speciales theorias de actibus vitalibus tenent, requirunt
novam formam tam pro actibus SS ~~formam~~ virtualiter quam pro actibus
SS formaliter. Cum talis forma non datur ante iustificationem,
explicant hos actus per transiendum elevationem potentiae ad actus SS.

Desiderium naturale visionis beatificae est ipsa nostra potentia essentialis, remota, obedientialis ad eamdem visionem.

1. Termini:

desiderium: appetitus relate ad obiectum absens (non possessum).

naturale: tendentia potentiae in suum actum
dicitur naturale non in oppositione ad supernaturale
sed in oppositione ad desiderium elicatum
desiderium elicatum est actus potentiae appetitivae
sive sensitivae sive rationalis; supponit cognitionem
objecti et ex hac cognitione sequitur (appetibile
apprehensum movet appetitum)
desiderium naturale invenitur in qualibet potentia
et non supponit cognitionem

visio beatifica: cognitio Dei quidditativa
actus intelligendi Deum uti in se est

potentia: termini supra expositi
est ipsa potentia, non cognitio eiusdem, neque desiderium
elicatum consequens talem cognitionem objecti

2. Negatur a STh in operibus prioribus; affirmatur sapere et
explicite ab eodem in operibus posterioribus, inde a CGent.

Negatur a longe maiori parte TT recentiorum, hoc fundamento
quod tale desiderium cum supernaturalitate finis et visionis non
potuerunt.

3. Sensus asserti elucidatur per aliud naturale desiderium.

Nobis omnibus inest naturale desiderium cognoscendi to
An est et to Quid est rerum sensibilium

Distingue: ipsa verba externa et ore prolati "Quid est";
conceptus mentis seu verba interna quae verbis externis manifestantur;
ipsa radicalis tendentia quae verbis internis concipitur, scil.
ipsa nostra potentia intellectualis quae qua activa est intellectus
agens et qua passiva est intellectus possibilis.

Naturale desiderium cognoscendi Quid est et An est non dicit
primum vel secundum sed tertium: ipsa intellectus spontanietas
ad has quaestiones ponendas.

Hoc naturale desiderium
est potentia essentialis: praecedit ipsam scientiae acquisitionem
est pot est remota: praecedit dispositiones proximas, omnem disciplinam;
imo maxime elucet in puerulis qui perpetuo quaerunt Quid Cur.
est naturalis: nam quidditas rerum materialium est obiectum proportionatum nostri intellectus

4. Declaratur assertum.

Sicut de rebus omnibus sensibilibus, etiam de Deo naturali
quodam et spontaneo desiderio quaerimus, An est et Quid est.

Circa An est, nullum est dubium: possumus et debemus demonstrare existentiam Dei.

Circa quid est, lentius est procedendum.

a Aliquo modo quaerimus, Quid sit Deus?

Nam analogice Deum concipimus, et quantum possumus, nitimur ad reconciliationem internam variorum elementorum huius cognitionis analogiae.

Iam vero si nullo modo quereremus quidditatem Dei, intelligibilitatem Dei, totus hic natus esset impossibilis.

b Tendentia haec in quidditatem Dei cognoscendam non est alia quam illa qua tendimus in quidditatem rerum sensibilium.

Non est aliis intellectus agens et possibilis qui querit intelligibilitatem rerum sensibilium, et aliis qui querit analogiam Dei intelligentiam.

Neque est idem intellectus alia speciali tendentia ornatus. Non enim existit naturalis tendentia quae exprimitur per quaestione, Quid sit Deus quatenus hoc per analogias cognosci potest a nobis. Manifeste talis quaestio est fructus multae reflexionis et scientiae et non simplex et spontanea expressio naturalis cuiusdam tendentiae.

c Attamen duplicitate differt haec naturalis tendentia quaerendi Quid sit Deus, a naturali tendentia in aliis casibus.

Circa-sensibilia

Ponitur quaestio, Quid sit, circa res sensibiles prout sensu cognoscuntur; videmus et statim dicimus Quid.

Ponitur quaestio, Quid sit, circa Deum non prout sensu cognoscitur, sed prout iudicio esse agnoscitur.

Respondetur quaestioni, quid sit, circa res sensibiles prout intellectus noster possibilis naturaliter actuatur.

Respondetur quaestioni, quid sit, circa Deum duplicitate, primo, prout naturaliter respondetur, per cognitionem analogiam, secundo, prout infinita Dei potentia et bonitas gratuito intervenit, per visionem beatificam.

5. Existit in nobis potentia essentialis remota obedientialis ad quidditatem Dei cognoscendam.

Potentia: nam naturali tendentia quaerimus, Quid sit Deus.

Essentialis: nam hanc cognitionem non habemus habitu.

Remota: nam dispositiones proximas ad talem cognitionem non habemus

Obedientialis: quia tantum per infinitam Dei potentiam et gratuitam bonitatem ad hanc cognitionem habendam pertingere possumus.

~~o factus: haec p̄ficitur autem; aliqui studieris ista p̄ficiuntur
est activa, qua desiderium, gaudia, C; actus produnt visionem, N
simpliciter~~

6. Haec potentia est desiderium naturale.

Nam ex ipsa natura procedit desiderium quod exprimitur quando de Deo quaerimus, Quid sit?

7. Praecedens argumentum demonstrat rem ita se habere. Alia est quaestio utrum hoc factum naturaliter possumus cognoscere. Nam in demonstratione data, supponimus revelationem in quantum dicimus Deum posse nos elevare ad suam quidditatem cognoscendam. STh videtur supponere possibilitem huius cognitionis naturalis, nam arguit ex eo quod quaerimus, Quid sit Deus, ad possibilitem visionis beatificae. Nihil in natura frustra; sed quaerimus quid sit Deus; ergo non frustra. Hoc argumentum non probat plus quam possibilitem visionis, non ~~ea~~ probat elevationem ad ord sup. De facto est validum; utrum de iure alia quaestio.

De requisitis ad actus SS.

1. Actus considerari possunt multipliciter:

- a ut de-faute-occurrentes actus talis in tali subiecto
- b ut de facto occurrentes ~~per se sunt actus~~ ^{dicitur per se sunt actus}
- c ut in determinata serie actuum de facto occurrentium ^{in proportionem ad finitum} ^{per se sunt actus}

C 2. Sub primo aspectu agitur de potentia ad actum: comparatur essentia ipsius actus cum essentia subiecti.

Aut actus est scdm proportionem substantiae: puta, intelligere quidditatem rei materialis in homine

Aut actus excedit proportionem substantiae virtualiter: puta, elicere actum fidei vel spei vel alterius virtutis SS praeter caritatem

Aut excedit proportionem substantiae formaliter: puta, elicere actum caritatis vel videre Dei essentiam

haberi potest D In primo casu actus habetur naturaliter

In secundo casu actus habetur

a post virtutes infusas, scdm proportionem gratuito collatam

b ante virtutes infusas, inquantum homo movetur a Deo

In tertio casu actus habetur tantummodo post virtutem vel formam infusam, nam sine tali forma actus subiecto inesse non potest; sed tunc habetur scdm proportionem gratuito collatam.

E In secundo casu infusio formae est conveniens, sed in tertio est necessaria.

Est enim conveniens ut homo ^{possit} elicet actus fidei etc non tantum ut recipiens a Deo movente vel ut instrumentum a Deo motum sed ut agens per formam gratuito collatam proportionatum

Non tamen haec formae infusio est necessaria: eiusmodi enim actus sunt non formaliter sed virtualiter SS; ad eos se habet homo non ut bos ad actum intelligendi sed ut bos ad aratum debito modo trahendum.

F Nihilominus, si quis tenet actus vitales produci a subiecto, iam pridem necessari sequatur opinionem/communem de transeungi elevatione potentiae ad actus virtualiter SS ante infusas virtutes

Isthi enim actus occurrent ante iustificationem in qua virtutes infunduntur; occurrent sine forma vel habitu; si theoria de actibus vitalibus est talis ut actus vitalis non potest recipi, necessario introducitur elevatio transiens potentiae ad tales actus. Quid sit elevatio transiens, nemo umquam sufficenter explicavit.

Meo iudicio theoria de actibus vitalibus fundatur tt in aequivocatione tamen agere.

A Ex eo quod "actus talis in tali subiecto" dicit comparisonem ad subiectum, pro diverso statu subiecti, diversa sunt requisita.

Quare mos est tradere sequentes distinctiones: vide de Statibus

B Etiam distingue

iustificatio in qua primo infunduntur virtutes (infidelis)

iustificatio in qua post virtutes ante infusas informantur (peccatoris)

ante iustificationem infidelis

ante iustificationem peccatoris

post iustificationem

peccatum in infideli

peccatum in iustificato

De Statibus.

1. Status naturae in tractatu de gratia sunt sicut systemata coordinatorum in analysi mathematica.
Substantia enim finita et singularis non sibi sufficit: operationes enim eius supponunt alia tamquam obiecta circa quam agit, conditiones ut agat, materiam in quam agit. Et quo magis limitatur substantia, eo magis crescit haec exigentia. Operatur ergo natura et in finem proprium producitur in quantum ordini quidam plurium naturarum simul concurrentium inseritur. Qui ordines diversae rationis esse possunt.
2. Status naturae purae: constituitur naturis quae habent omnia intra suam proportionem sive constitutive, sive consecutive, sive exigitive.
Hic status est pure theoreticus; numquam actu exsistebat. At non ideo est inutilis vel consideratione indignus. Systema coordinatorum numquam exsistit, et tamen utilissimum est in mathematica analysi.
3. Status originalis iustitiae, vel status innocentiae.
Constituitur naturis quae omnia habent cum scdm proportionem naturae tum scdm proportionem supernaturalem communicationis Dei.
Hic status est historicus, scil. Adami et Eva ante peccatum. Includit dona dicta praeternalia, immunitatem a concupiscentia, immortalitatem, dona specialia scientiae, etc.
Haec dona praeternalia sunt spnlia relative vel scdm quid, relate ad hominem; non sunt simpliciter supernaturalia quoad subnam ex iis aliqua saltem sunt naturalia angelis; sed in homine et historice sunt simpliciter supernaturalia quoad modum, scil. habent proportionem spnltis simpliciter inq. fluunt per congruentiam ex gratia et disponunt hominem ad pleniorum vitam spntlem.
4. Status naturae lapsae.
Status naturae purae, addito debito peccati protoparentum, et nullo alio. Numquam existit historice.
5. Status naturae integrae.
Status naturae purae, additis donis praeternalibus, sed non addita ordinatione ad gratiam vel ipsa gratia. Numquam existit.
6. Status naturae lapsae et reraratae.
Status historicus post peccatum Adami.
Constituitur naturis quae omnia habent scdm proportionem naturae et omnia obtineret possunt scdm proportionem gratiae ex meritis Xti. Non additur integritas propoparentum, ratione poenitentia.

De requisitis ad actus SS.

1. Actus considerari possunt multipliciter:
 - a ut de facto occurrentes; eventus ut eventus; esse effectus.
 - b ut series actuum talium qui de facto occurunt.
 - c ut actus talis in tali subiecto
2. Deus solus est principium proportionatum ad actus qua de facto occurrentes: hinc theorema generale de concursu divino.
3. Deus solus est principium proportionatum ad seriem talium actuum occurrentium.
Nam quaelibet substantia finita est principium proportionatum alicuius actus in quantum habet formam ex qua tales actus procedunt.
Sed quaelibet forma finita non est principium tou semper sed tantummodo tou ut in maiori parte.
4. Relate ad actus ut de facto occurrentes et etiam ad actus ut in tali serie occurrentes, omnis substantia finita necessario est instrumentum Dei a Deo motum et directum.
Corrigeretur enim haec impropositio substantiae finitae tantummodo si fieret substantia infinita: quod esse non potest.
5. Dupliciter actus potest excedere proportionem alicuius subiecti: quia subiecto deest potentia radicalis ad talem actum, puta, bovi deest potentia radicalis ad actum intelligendi agriculturam; vel quamvis adest potentia radicalis tamen requiritur virus instrumentalis, puta, bovē adest potentia radicalis ad aratrum trahendum, sed debet ad hoc ab hominē moveri, vel machinae dactylographicæ adest potentia radicalis ad opus philosophicum exscribendum sed debet ad hoc a philosopho moveri.
debet modo
6. Utraque haec impropositio corrigi potest, et quidem corrigitur eodem modo, per infusionem novae formae, habitus, virtutis.
Haec infusio nominatur elevatio potentiae et est duplex:
Elevatio necessaria quae dat potentiam radicalem
Elevatio conveniens quae transmutat subiectum de p^r mero instrumento ad principium proportionatum.
7. Substantia finita eliciens actus SS est instrumentum Dei
 - a in quantum actus de facto occurrit
 - b in quantum series actuum (perseverantia) occurrit
 - c in quantum ante virtutes infusas elicit actus virtualiter SS
8. Substantia finita accipit elevationem potentiae *restitutionem*
 - a necessariam, relate ad actus SS formaliter
 - b convenientem, relate ad actus SS virtualiter
9. Substantia finita accipit elevationem potentiae transmutare sed necessariam. quod alio SS virtualiter, aut virtutes iugosas, sed theoriam punitam de actione virtutibus

Notae de Exigentiis.

I Exigentia est alicuius subiecti, ratione alicuius fundamenti, relate ad causam vel conditionem extrinsecam quae exigentiam explere potest, in ordine ad aliquem finem.

II Circa adoptionem finis vel expletionem conditionum relate ad finem, notandum est:

finita/ Forma/est tantum principium tou per se: solummodo enti infinito debetur infallibilitas et indefectibilites relate ad finem, quia solum ens infinitum est ipse sibi firis.

Quare exigentia substantiae, quae vel totaliter vel principaliiter per formam finitam constituitur, non est ad infallibilem et indefectibilem finis assecutionem, sed tantummodo ad talem assecutionem ut in maiori parte.

Quod valet de fine, pariter valet de mediis ad finem: si enim deficit finis, hoc est ex defectu eorum quae ad finem sunt.

III Circa subiectum exigentiae eiusque fundamentum, distinguendum est inter exigentiam
a substantiae constitutae in ordine ad finem suum
b materiae proxime dispositae in ordine ad eductionem vel infusionem
formae

Illa exigentia est ut ita dicam horizontalis; haec vero est generatim verticalis, quatenus forma educta ~~est~~ saepe et forma infusa semper est superioris gradus ontologici quam materia disposita.

IV Prinde tantummodo materia proxime disposita exigit eductionem vel infusionem formae superioris ordinis

Quaelibet materia fere his in terris potest fieri materia informata anima vegetali vel animali vel rationali; sed solummodo materia proxime disposita hanc eductionem vel infusionem exigit.

Praeterea, cum infusio gratiae sanctificantis assimilari potest infusioni formae superioris ordinis ontologici, notandum est quod fieri potest ut ultimae dispositiones ad formam superiorem et ideo exigentia istius formae ~~possunt~~ habeantur tantummodo ex ipsa forma infusa; quo in casu nulla exigentia praecedit ipsam formae infusionem.

Et quidem ita est circa gratiam sanctificantem: sicut ultimae adaptationes vel calceamenti vel gant glove proveniunt ex ipso pede vel manu inserta, ita ultimae dispositiones ad gratiam proveniunt ex actibus caritatis et a caritate imperatis; et caritas non habetur nisi per gratiae infusionem.

De Natura et Gratia.

1. Ordo naturalis et supernaturalis adequate inter se distinguuntur.

Ordo naturalis definitur per proportionem substantiae finitae.

Ordo supernaturalis definitur (negative) ex eo quod excedit proportionem cuiuslibet substantiae finitae vel (positive) ex eo quod habet proportionem communicationis ipsius Dei uti in se est, uti ad extra non est imitabilis.

Ex ipsis definitionibus hi duo ordines contradictorie inter se opponuntur: alius respicit perfectiones Dei ad extra imitabiles; alius respicit perfectiones Dei non ad extra imitabiles quae a creatura attinguntur quatenus ipse Deus se eis communicat.

2. Potentia naturae finitae ad dona supernaturalia est potentia obedientialis.

Notate 1o: Deus omnia facit per imperium, scil. cognoscendo et volendo; unde quilibet effectus operationis divinae potest dici obedientia quaedam.

Notate 2o: Inquantum Deus cum creaturis concurrit ad eundem effectum producendum, potentia creaturae non est obedientialis tantum; adest praeterea naturalis potentia activa et passiva.

Notate 3o: Potentia obedientialis creaturae est potentia sua passiva quatenus mensuratur non intrinsece prout talis potentia est sed extrinsece quatenus subest omnipotentiae divinae. Quare potentia obedientialis nihil addit intrinsece potentiae naturali; extrinsece addit quid-uid-omnipotens-Deus facere-velit considerationem facti quod Deus est omnipotens.

Notate 4o: Potentia obedientialis etiam activa esse potest; v.g. in sacramentis quae sunt instrumenta imperii divini ad productionem gratiae in recipiente. Etiam sic nihil intrinsece additur super potentiam naturalem praeter actualem usum signi sacri ut instrumenti imperii divini.

Notate 5o: Quo maior est potentia activa, eo minor requiritur positiva potentia passiva. Quando infinita est potentia activa, nulla positiva potentia passiva re uiritur, uti patet in creatione. Potentia obedientialis est quidem haec hulla positiva potentia passiva, inquantum nulla requiritur quia potentia activa est infinita.

3. Probatur potentiam naturae ad gratiam et gloriam esse obedientiale, et quidem obedientiale tantum.

Ex definitione supernaturale est quod excedit proportionem cuiuslibet substantiae finitae.

Atqui si in creaturam adesset positiva potentia activa vel passiva ad supernaturalia dona, haec dona non excederet suam naturae proportionem.

Falsum consequens, ergo falsum antecedens.

4. Haec doctrina non excludit omnem aptitudinem vel convenientiam inter substantiam finitam et elevationem supernaturalem.

Adest aptitudo et convenientia quia "gratia perficit naturam."

Adest desiderium naturale visionis beatificae scdm S Th et etiam praedicatorum generationis sed hoc e nulti disponit.

Sed dona spiritualia excedunt naturam constitutive, consecutive, exigitive quia solus Deus potest constitui vel consequi vel exigere communicationem ipsius Dei: unica substantia proportionata communicationi infinita est substantia infinita.

Problema tractatus de gratia et clavis historiae disputationum et haeresium hac in materia.

1. Illud maxime interest inter naturam humanam et caeteras sensibiles naturas ut illa dominium quoddam sui actus exerceat et libero arbitrio gaudeat.

Quare cum obiectum proprium humanae-naturae humanae inquisitionis sit ipsa hominis natura (The proper study of mankind is man [woman]), fere semper colloquia nostra de actionibus hominum versantur, quid hic, quid ille fecerit vel facturus sit, perpetuo quodam studio inquirimus, et dein certiores facti aliud laude dignum aliud vitio vertendum iudicamus.

Unde et Philosophus moralia definiens affirmare non dubitavit illa ad scientiam morum pertinere quae laude vel vituperio digna aestimaremus.

Unde etiam S. Jacobus, verbi illius dominici memor "Nolite iudicare et non iudicabimini," docuit eum qui lingua non peccat iam esse perfectum hominem.

2. Generale hoc factum humanae naturae in speciali quodam contextu ponitur si Christianos spectes quemadmodum de moralibus iudicent et ratiocinentur.

Bona enim opera sua vitae aeternae esse meritoria, graviter mala timorem gehennae ignis inducere, leviter mala purgatorium diutu rem minari et credunt et docent.

Haec enim est lex a Deo instituta, et quidem summa sua iustitia hac in lege elucet. Argumentari enim solemus, nisi daretur futura vita tamquam huius vitae sanctio, et multi mali homines iustas poenas evitarent et multi boni iusta praemia non acciperent. Quod enim faciunt vel boni vel mali, libero faciunt arbitrio et ideo boni sunt praemio confortandi, mali pena deterrendi.

3.

3. At graviter erraret qui doctrinam Christianam in brevibus et simplicibus his propositionibus contineri aestimaret.

Docet Dominus se has in tempore venisse ut regnum quoddam caelorum institueret, ut vitam hominibus daret.

Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum. Sine me nihil potestis facere. Nemo venit ad me, nisi Pater traxerit eum. Beatus es Simon Bar Iona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in caelis est. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate vestri, sed ex Deo nati sunt.

Docuerat Iohannes "lex per Moysen data est, gratia et veritas per Iesum Christum" (Io 1 17) et haec antithesis longe evolvitur in epistolis Pauli, maxime ad Galatas et ad Romanos.

Ex peccato enim Adami secutum est in omnibus hominibus regnum quoddam seu dominium peccati et mortis. Lex Mosaica hoc dominium non fregit sed potius clarum et manifestum reddidit. Iustitia hominis ex lege haberi nequit. Iustificamur gratis per fidem in DNI per quem redempti et salvati sumus.

4. At statim quaeri potest: Quaenam sit necessitas huius redēptionis a Xto, huius vitae a Xto dato, huius auxiliī quo a Patre ad Xtum trahimur, quo in Xto manemus et sine quo nihil possumus facere.

Pro diversitate rēsponſionum ad hanc quaestionem, diversa sunt systemata quibus exponitur doctrina de gratia. ~~¶~~ Perfecta est solutio quae nec gratiae necessitatē nec humani arbitrii libertatē vel neget vel ~~im~~ infringat. Solutiones vero haereticæ et solutiones minus salidae contra unam vel aliam peccare solent.

5. Pelagiani vel negant gratiam simpliciter vel gratiae munera coarctant.

Non erat una omnium Pelagianorum sententia, neque una sententia eiusdem constanter propugnata. Sed s̄eriem quamdam propositionum defendebant, initio omnem necessitatē negantes, ~~m̄d̄m~~ deinde, prout textus SS̄crae contra eos prolati hoc vel illud evincebant, positionem suam ~~m̄d̄m~~ modificantes scdm exigentias immediatas controversiae.

6. Contra totalem negationem gratiae, xtiani afferebant
a donum immortalitatis in Adamo DB 101
b remissionem peccati originalis in infantibus baptizatis DB 102 109a

7. Admissa quadam gratiae necessitate, affirmabant Pelagiani hoc esse
a ad remissionem peccatorum praeteritorum, non vero adiutorium
necessarium pro futuro DB 103
b si fm̄ pro futuro, tamen non ut legem impleamus (quod pendet
a libero nostro arbitrio), sed ut legem cognoscamus DB 104
c si non solum ut cognoscamus sed etiam ut velimus, tamen non
ita ut sine gratia bonum velle non possimus (ita enim excluderetur
libertas), sed tantum ut cum gratia facilius velimus quod sine
gratia difficulter quidem sed possibiliter volitur DB 105

8. Iterum, contra Pelagianos libertatem humanam laudantes,
Xtiani afferebant textus quibus probatur omnes homines peccare.
Contra effugium Pelagianorum, sanctos qui libertate sua bene
utuntur non peccare, sunt canones DB 106-108.

9. Quam haeresis pelagiana erat occasio xtianis clarius determinandi suam doctrinam, quid ipsi senserint quibus argumentati sunt, breviter adspici potest in Indiculo

- a DB 130
"omnes naturalem possibilitatem et innocentiam perdidisse.
Scil. Adam potuit per liberum arbitrium vitam aeternam consequi,
sed nos peccata nostra auferre per idem arbitrium non possumus.
- b DB 131
Nisi participata bonitate Dei, nemo bonus.
- c DB 132
Accepta gratia per baptismum, ulterius requiritur quotidianum
adiutorium contra tentationes ut in bono perseveremus.
- d DB 133
Nemo nisi per Xtum bene utitur libero suo arbitrio
- e DB 134
Nemo Deo placet nisi ex ipso quod Deus ei donaverit
- f DB 135
Sancta cogitatio, pium consilium, omnis motus bonae voluntatis
ex Deo est; sine Deo nihil possumus.
- g DB 136-38
Renovantur DB 103-105
- h DB 139
Ex lege orandi pro infidelibus, Iuda-is, haereticis, schis-
maticis, lapsis, catechumenis, concluditur ad legem credendi.
Ante enim Deum supplicamus, post gratias ei agimus.
- i DB 140
Pariter ex ritu ante baptismum arguitur
- j DB 141
Deus est auctor omnium bonorum affectuum et operum et omnium
studiorum omniumque virtutum quibus ab initio fidei in Deum tendimus
Ab ipsis gratia omnia hominis merita preflueant præveniuntur.
Ex liberalitate Dei est ut quae sunt ipsis dona etiam fiunt
nostra merita.
Neque hoc auxilio divino aufertur liberum arbitrium sed
perficitur, liberatur, ut de tenebroso lucidum, de pravo rectum,
de languido sanum, de imprudente sit providum.
- k DB 142
Quæstiones profundiores sicut non contemnenda ita non
necessario determinanda
Dei operi et dignationi nihil penitus a subtrahendum est.

10. Si vero quaeritur cur sit tam necessaria gratia ut sine ea nihil prorsus salutare operari possit homo, facillimum responsum est adeo per peccatum Adae extingui libertatem humani arbitrii ut bonum eligere sine gratia non possimus.

Ex quo sequitur, cum liberum arbitrium nihil determinet circa salutem, ut sola Deus sit sola causa salutis in bonis et sola causa damnationis in malis.

Huius tendentiae e contrario Pelagianorum oppositae exemplum in retractatione Lucidi presbyteri invenietis. DB 160 ab

- a Labor humanae obedientiae est iungendus divinae gratiae
- b Arbitrium voluntatis non est ex toto extinctum per peccatum Adae
- c DNIC est mortuus pro salute omnium
- d Deus non impellit homines ad peccandum et ad damnationem, neque eius voluntate pereunt qui pereunt.
- e Peccatum post baptismum commissum potest remitti
- f Deus non determinat est sola causa salutis et damnationis (vide tex)
- g Quidam ex gentibus ante Xtum salvi facti sunt
- h Nulli ex patriarchis vel prophetis in caelis recepti erant ante ascensum xti in
- i (160b ad fin) Ignibus aeternis paniuntur qui peccato mortali moriuntur (vide textum)

10. Doctrina ex opposito contraria Pelagianae est ita gratiam affirmare ut denegetur libertas arbitrii, ut salus sit tantum ex gratia Dei qui vult cui eum placet et caeteros damnates ex necessitate damnatos derelinguere.

11. Stricte Semi-pelagianismus est doctrina scdm quam alios per gratiam alios vero per liberum suum arbitrium ad Deum converti. Concilio Aramaicano II (529 AD) renovantur canones contra doctrinam Pelagianam et adduntur contra semi-pelagianismum.

DB

174 Peccatum Adae non solum corpus in deterius commutavit (per necessitatem moriendi impositam et concupiscentiam evigilatam), sed etiam ipsam hominis animam ut liberum quoque arbitrium infirmabetur.

175 Peccatum Adae non ei solum sed etiam eius propagini nocuit, et nocuit quidem non solum per mortem corporis sed etiam per transmissum peccatum quod mors est animae

176 Gratia non confertur quia prius homo Deum invocaverit, sed quia prius Deus gratiam dederit, homo Deum invocat

177 Deus non expectat conversionem voluntatis nostrae ut a peccato purgetur, sed dat gratiam ut voluntate convertatur

178 Non solum augmentum sed etiam ipsum fidei initium debetur gratiae Dei

179 Quilibet actus salutaris, sicut oportet factus, debetur gratiae Dei

180 Nullum bonum prout ad salutem facere oportet facere possumus nisi per donum gratiae, illuminationem et inspirationem SpS

181 Non alios gratia alios libero arbitrio suo sed omnes ex pariter gratia converti sunt et ad baptismum pervenire dicendum est

182 Recta cogitatio, absentia falsitatis et iniustitiae, sunt gratiae adscribenda

183 Necessitas gratiae in iustis ad perseverandum

184 Eadem ad recte vovendum, votum impleendum

185 Deus nos diligit quales per gratiam erimus non quales nostro merito sumus

186 Infirmatum voluntatis arbitrium non reparatur nisi per gratiam baptismi

187 Anticipat, praevenit nos misericordiam Dei; et sic tantum ex miseria liberamur

188 Mutatio ex peccato Adae et ex gratia Dei

189 Interna est gratia, non littera extrinsecus lecta vel sonans

190 Caritas et cupiditas ut prima principia in christianis et paganis relate ad fortitudinem

Araus II con'd

- 191 Merces debetur bonis operibus si fiant; gratia quae non debetur praecedit ut fiant
- 192 Necessitas gratiae ad perseverandum etiam in integritate initiali
- 193 Multa bona facit Deus in homine quae homo non facit; nullum bonum facit homo quod Deus non praestat ut faciat
- 194 Non natura neque lex iustificat sed gratia
- 195 Nemo habet de suo nisi mendacium et peccatum
- 196 Peccator facit voluntatem suam non Dei; iusti faciunt Dei voluntatem, et quamvis volentes agant quod agunt, tamen hoc a Deo et praeparatur et iubetur
- 197 Vitis independens a palmitibus, palmes dependens a vite
- 198 Dilectio Dei est donum Dei
- 199 Inclinatio et attentuatio liberi arbitrii per peccatum Adae ita ut sine praeveniente Dei gratia nullus postea possit Deum diligere sicut oportuit aut credere in Deum aut operari propter Deum
Gratia in patriarchis etc
Gratia in baptismo
- 200 Baptizati perseverare possunt
Nulli ex antecedente reprobati
Gratia praevenit non nostra bona voluntas
Post baptismum, adiutorium ut perseveremus (actu)